


Aquí se la portada.

MS. 4.º pergamino, foliado hasta el 359. sin contar el indice, completo, bien tratado.

Rotulata = Logica de Lasedo.

[illegible]

[illegible]

# Aristotelis Stagiritæ

# VNIVERSA DIALECTICA

Ad cultum, et doctrinam trium intellectus operationum instituta

IVXTA ISAGOGEM PORPHYRII

Libros Perihermenias, nec non libros de posteriori Analysi exposita.

AVTHORE

A. R. P. M.

PETRO DE LAREDO

e Societate IESV Theologo
et in Divi Hermenegildi Regis Collegio publico
Phylosophie Professore

HISPALI

A salute Domini restituta

ANNO

1656

Pridie Idus Decembris.



# Ad rationalis Philosophiæ cultores

Interruptis tandem, et evanescentibus cognatis summularum nebulis, quæ cætus vobis eripuisse videbant in logicæ viridaria sole suo splendidissimo perfusa, et usque ad miraculum nitentia evasistis Auditores mei, utque gratior post nubila Febus solet experiri; sic vobis inter illas tenebras degentibus,

Quale per incertam lunam sub luce maligna
Est iter in sylvis ubi cælum condidit umbra
Jupiter, et rebus nox abstulit atra colores. — Virgilius 6o Aeneidos

Et nitidior, atque jucundior Dialectica futura est: eoque magis quanto humano Maius principium agnoscit, illa enim sub eodem sidere cum numinibus orta, adultaque ab antiquis inducebat duxisse antes è Jovis serebro indoles, tantam non imparem supersitio.

Verum ne fidem amittam, si fictitiis, et vicorum deliris indulsero, quæ è alia divina illa mentis particula, quæ hominibus vitæ custos assistens, in ipsis statim, ac mortales sunt Dei Optimi Maximi habitum, et effigiem ingenerat? Sane alia non est quam Dialectica, id est ars disserendi, seu dignoscendi ratio, quæ iam à primis mundi incunabulis vitali auræ inmixtam ebibimus; Faciamus inquit rerum opifex Deus, hominem ad imaginem, et similitudinem nostram.... Et inspiravit — Genesis prima

Eusebius de preparatione Evangelii libro primo capite 14. Canticorum quarto

in faciem eius spiraculum vitae; ad quae consinet Eusebius, quomodo autem alibi Dei imago, et Deo similis erit, quam secundum intelligendi vim; nec minus praecipua laus eius est, quam ipsi apingit rex ille mortalium sapientissimus, sicut turris David collum tuum, quae aedificata propugnaculis mille clipei pendent ex ea, omnis armatura fortium; non collum apud Teodoretum sed rationem, sive logicam scribunt Graeci, quae xa Hebraicum archetipum constructa est ad disciplinas; et cuius ductu argumentorum genus omne ad suadendum, comprobandumque excuditur a ratione.

Haec de nostrae Dialecticae dignitate praelibasse sufficiat, quod totoquasi pollice sydoptes altum habimus, altius altum haberi, si huiuscemodi stimulis egeret nostrorum auditorum avidus discendi conatus.

Utinam Dialecticae utilitati nostra meaque desideria omniumque desideriis, et votis eventus, et denique eventui sat maturi fructus respondeant.

# Tractatus primus proemialis, dignitatem, utilitatem, et obtum Logicę expendit.

## Disputatio prima quid sit, et quotuplex diala.

### Caput primum examinat, et stabilit defio Logicę.

Multa in hoc vestibulo aglomerari solent circa existentiam Dialecticę, illius que inventores; et ne nihil dixisse videamur, aliqua premittenda duximus, omissa primęva illius origine, quę ab Adamo, Noë, et Abrahamo primis Dialecticę inventoribus omni naturali scientia, et Diala divinitus infusa instructis, ut com̃is theologorum persuatio, sumpsit exordium: videant Pr Pererius in Genesi libro 10 questione 1a. Patres Conimbrisenses et Ruvius in prohemio Logicę. Dariantes in rerum natura artes seu facultates quandam, hę appellari consuevit diala, in terris instructas, ut constant in omni materia, licet per difficilem metodum evidentes ad rectas definitiones, divitiones, et argumentationes prescribat, haud dubium: hoc satis superque persuadet infinita peritissimorum hominum series, qui in operando sine errore circa regulas alicuius normę dirigunt.

Hanc normam Logicam, seu dialam nuncupamus, quia indiscriminatim utrumque nomen usurpat; licet vox Dialectica pro disciplina disserendi in materia thopica, seu probabilitatum; ut patet

et Aristotele primo topicorum capite 10; et vox Logica pro utraque parte tam topica, quam analitica, seu demonstrativa sumatur. Cuius Dialectice Auctor post temporis decursum, in quo plures errores Logica contraxit merito censetur, et iudicatur Aristoteles, qui sine controversia inter Restauratores Dialectice Platonem, Zenonem, Parmenidem, Socratem, alterius ordinis Philosophos primus locum debet; quare Averroes illum Logice inventorem appellat, et nos velut ducem in totius Philosophie progressu libenter sectabimur.

His prelibatis, Philosophi aliqui ita Logicam definiunt, est facultas intellectualis dirigens operationes intellectus, que versatur circa modum sciendi stricte sumptum. Hanc definitionem congruam, licet non exactissimam, indicamus. Ceterum inde cursu Dialectice, quando de illius obiecto precipuo disseremus, eius proprietas magis constabit; siquidem tradit, et ordinem ad directionem actuum intellectus, que minus controversa, et licet sub lite sit, an preter actus intellectus alia sint obiecta Logice, non obstat questioni nostra definitio; exponendo enim essentiam Dialectice per ordinem ad operationes intellectus tanquam precipuum, et principalius obiectum non negat includere ipse quecunque alia, que sint obiecta logice, ut patet in definitione hominis, qui licet per ordinem ad ratiocinium, tanquam ad terminum primarium essentie hominis definiatur, attamen non excludit, quod essentialiter dicat ordinem ad actus apprehensionis, vel ad actus voluntatis.

Ut ergo luculentius aliud definitionem expendas illius partes lubet explicare; imprimis dicitur facultas, idest notitia sive actualis, qua intellectus dirigitur ad rationales operationes, sive habitualis, que ad illas notitias actuales eliciendas inclinat: deinde additur dirigens, quia cuilibet arti practice convenit dirigere, seu docere,

quomodo hec, aut illa facienda sint: per has operationes intus non minus intelligunt illas internas internas ~~intelligunt illas internas~~ quas intus interne producit directus logicae documentis, quas externas, videlicet voces, et signa, quae promentis conceptibus satis esse sufficit esse supponunt: praeterea cum modus sciendi, per haec postrema verba differt logica a reliquis scientiis, siquidem versat circa definitiones, divisiones, et argutiones, quae constituunt modus sciendi stricte sumptus, quod non invenit in grammatica, quae tantum versat circa modus loquendi absque vitio, et in Rethorica, quae circa modus dicendi copiose, et delectabiliter se exercet.

Sed nostras definitiones impugnant aliqui et eo quod logica praeter definitiones, divisiones, et argutiones de aliis quamplurimus agit, videlicet de terminis, suppositionibus, propositionibus, et multis aliis, quae omnia modus sciendi stricte sumptus non sunt, ideoque indicant, debere addi in definitione circa modus sciendi late sumptus: at nulla impugnatione, nam ea omnia, quae numerant, vel versant tanquam partes constituentes modus sciendi stricte sumptus, absque quarum notitia nequit recte confici definitio, divisio, et arguatio, vel tanquam praerequisita ad hunc modus sciendi necessaria, quis in definitione exponenda veniant illa verba late sumptus.

Et ne longior vis sim, plures definitiones Dialecticae hic solent impugnari, illas libenter praetermitto quia ex ipsis istis earum insufficientia constat.

## Caput 2. divisiones logicae expo nit.

Primo dividi solet logica, ut vulgatiores illius divisiones exponas, in naturales, et artificiales, naturalis logica, vis

intus qui solo lumine naturę predictus absque ullo labore, et arte aliquas veritates circa modum sciendi habere potest: Venit aliquas veritates, quas licet homo a doctoribus nullis preceptis imbutus naturali lumine adipiscitur; quis enim dicat non posse hanc veritatem assequi, videlicet hunc syllogismum evidenter concludere, quacumque arte semota? omnis homo est rationalis, Petrus est homo: ergo Petrus est rationalis.

Logica artificialis est facultas superaddita intellectui dirigens artificio et labore, operationes intellectus circa modum sciendi stricte sumptum: hec ergo est logica, quam pre manibus habemus, et supra manet exposita. Sed advertatis obsecro, eundem actum intellectus posse esse logicam naturalem et artificialem respectu duplicis intellectus, nam potentia intellectiva, cum non sit equalis in omnibus hominibus sic logica non est equalis omnibus, siquidem nullo labore, et arte acutior intellectus, potest assequi aliquas veritates, que se habent velut prima principia, et per se nota, ut haec: que sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se: quod principium ab ingenio non hebeti sola logica naturali acquiritur, licet a rudioribus per solam artificialem assequatur.

Secundo dividitur in logicam actualem, et habitualem: logica actualis; sunt ipsi actus intellectus, tam naturales, quam artificiales, qui versantur circa modum sciendi stricte sumptum: sic se habet iste actus: divisio est oratio totum in suas partes distribuens. Habitualis est, quedam facilitas, que ab actibus generatur in intellectu ad similes alios actus eliciendos: quasi ita, illa producta ab aliis actibus in nostro intellectu inclinans ad producendos alios actus similes illis, vocatur a philosophis habitus seu facilitas. Unde et logica habitualis, naturalis, nam dari

logica habituales, artificiales, pro comperto habeo, quod tamen quidem de nomine est naturalis, nec enim dicendus sit habitus logicae naturalis illa facilitas, quae adquirit ex repetitione illorum actuum, qui appellant logica naturalis, actualis, in fuit de re intendit; ideo non immoror in eius discussione.

Tertio, et potissimum dividit logica in docentes, et utentes: circa quas divisiones exponendas in numero sunt explicationes apud PP. Conimbricenses, Pm Hurtado, Pm Vasquius, et alios RR.; ast verior expositio asserat, logicas docentes esse, quae dictat regulas, et praecepta circa modum sciendi, talia sunt haec praecepta; definitio debet constare genere, et differentia; omnis syllogismus in Barbara debet constare tribus propositionibus universalibus: maiorem differentias est logicas utentes versat illa omnino: quae utit praeceptis a logica docente traditis, et illa ad exercitium deducit: ut hic actus: divitio est horatio totum in suas partes distribuens, est logica utens, quia in ea exercitas praecepta, quae logica docens tradit pro recta definitione, quia dicitur: definitio debet esse clarior suo definito: definitio debet non convenire alii a definito: unde in logica animadvertes, diversas esse doctrinas abusu, et executione: doctrina enim est dictamen illud, seu regula ostendens res conficiendas; sed usus est ipsa executio, et exercitium regulae.

Hinc ad notabis primo eundem logicae actum posse esse docentes, et utentes sub diversa ratione; nam idem actus potest in se exercere praecepta logicae, et dictare regulas, et praecepta ad aliud diversum conficiendum: hic actus definitio est horatio explicans essentiam rei, quatenus docet modum conficiendi definitiones, est logica docens, et quatenus in actu exercito

e defi.o defionis in com̄i, ē logica utens.

Nec in contrarium est, q̄d neque-ant conuenire uni actui prāta relatiue opposita, videlicet ēē utentes, et docentes, sic veru esse, si afferet sub eadem ratione illi conuenire, at tamen sub diuersa ratione posse conuenire, non ē dubium, sicut ēē Pm, et ēē Filium relatiue in eodem subto non pugnant inter se respectu diuersorum; sed nota, q̄d non in oibus logicis actibus, hec duplex ratio inuenitur; q̄a plures sunt actus logice docentis, qui non sunt utentis, et econtra.

Adnotabis 2o extra cōem sensum RRm contra Pm Fonseca, et Pres Co-nimbri, logicam ēē docentem non solum secundam partem demonstratiuam, que de syllogismo evidenti agit; sed etiam secundam partem topicam, que agit de syllogismo probabili; probatur, q̄a non minus est logica illa pars, que agit de probabili syllogismo, ac illa, que agit de demonstratiuo; siquidem logica dat precepta, et regulas, que non solum conueniant parti demonstratiue, sed etiam topice: que quidem regulas docent, quomodo efficiat argumentum probabilis: ergo logica docens dat secundam partem topicam: Rursus, logica utens potest inueniri non solum respectu topice, sed etiam demonstratiue partis; q̄a quia potest uti preceptis partis demonstratiue, ut accidit in hoc syllogismo, in Dari in materia probabili, licet sub forma evidenti, oē currens mouet, Pm currit, ergo mouet.

Adnotabis 3o, actus aliarum scientiarum, que utunt preceptis logice ad suas defiones, diuisiones, et argutiones construendas, non ēē dicendos utentes logicam, ita Pr Arri-ga disputatione 1a logice, quidem existimat contra Pm Vasquez, Pm Hurtado, Pm Oviedo, et alios RRs, reliquas scientias videlicet phisicam, Metaphisicam, et cetera uti logica, non tamen logicam ēē utentes: probatur hec resolutio; q̄r ēē logicam utentem dicit

quo, et ee logicam, et utiregulis logice docentis, sed actus cuius-libet scientie non esse logica, licet ipse exerceant precepta logice docentis: ergo non est logica utens.

Confirmatur, nam logica utens est pars, et complementum solius huius scientie Dialectice, siquidem nequit intelligi logica docens, quin concipiat intentio extra usum et exercitium ipsarum regularum: ergo nequit compleri hec scientia per actus aliarum scientiarum. Hec divisio logice docentis, et utentis convenit etiam logice naturali, nam in rebus facilioribus potest tradere aliquod preceptum, et uti illo, quod ipsa viribus nature assequuta est. Hic pretermitto alias divisiones logice minus necessarias videndas apud Patrem Vallium tomo 1o logice parte 2a Prolegomenum, questione 4a, ca. 21.

# Disputatio 2a dignitatem logice commendat ex eo quod scientia sit.

## Caput 1m: aliquis statutis, inquirit an logica scientia sit?

Statuendum est primo, hoc nomen scientia multipliciter accipi, primo pro cognitione qualibet que aliquo modo obiectum attingit, nam per illam aliquid scit, ita Aristoteles in ante predicamentis exposuit, Grammaticam esse scientiam. Secundo pro scientia solum speculativa, ita Philosophus sexto Ethicorum ca. 3o. Tertio pro notitia certa, et evidenti, que ex premissis evidentibus deducatur, que precipua usurpatio nominis scientie, cuius meminit Aristoteles primo Posteriorum ca. 2o, dicitque scientia discursiva, ut in hoc syllogismo conclusio se habet, omnis homo est animal, Petrus est homo, ergo Petrus est animal. Quarto accipitur pro notitia clara, et evidenti non habita per premissas, dicitque scientia

non discursiua, q' ex ipsa apprehensione terminorum adeo evidentes sunt eius actus, ut illorum ueritas patefiat; sic se habet hoc principium, totum est maius sua parte.

Statuendum est 2o in tertio, et 4o sensu questionem procedere, nam in 1o, et 2o sensu non disputamus in presenti: inquirimus enim, an dentur in logica cognitiones evidentes per evidentem discursum adquisite, et aliquae adeo clare, ut sine discursu habeantur, et consequenter sit scientia tam discursiva, quam non discursiua. Statuendum est tertio, logicam constare tribus partibus, videlicet parte analitica, seu demonstratiua, quae versatur circa materiam evidentem, parte etiam probabili, seu topica, quae se habet circa materiam probabilem, et parte demum sophistica, quae fallaciam, et captiosam argutionem intendit: his statutis:

Sit prima assertio logica absolute et simpliciter in tertio et 4o sensu considerata scientia est: probatur primo, quia scientia proprie, et rigorose in predicto duplici sensu est cognitio certa, et evidens alicuius obiecti; sed logica habet plures cognitiones illatas per discursum, et lumine naturae notas: ergo scientia est: minor probatur, nam logica ad omnia fere precepta tradenda fundatur in argumentis, et principiis evidentibus, Vg. haec argumentatio in Barbara est evidens ex preceptorum logices, omnis homo est animal omne risibile est homo, ergo omne risibile est animal: et similiter hoc principium patet, definitio est clarior suo definito, nam ipso lumine naturae evidens est, illas esse rectas definitiones, quae ita explicant essentiam rei: ergo logica est discursiua scientia, et non discursiua.

Probatur 2o, quia si logica non esset scientia, nulla alia diceretur scientia; hoc absurdum: ergo et illud ex quo deducitur: probatur maior, si logica non esset scientia, non posset probari, quodlibet syllogismum infra evidentem

concludere in qualibet scientia, v.g. in Philosophia, in qua dubitaremus, an syllogismus philosophicus recte concluderet, et conclusio non evaderet evidens ex vi premissarum, nec esset notitia clara habita per premissas: ergo nec Philosophia esset scientia, sicut quelibet alia facultas, si logica non esset scientia: ergo logica cognitio evidens illata ex principiis evidentibus.

Sit 2a assertio, logica non solum secundum partes analiticas, sed etiam secundum topicas, et sophisticas est scientia: hec conclusio com[m]unis est, et expressa a Scoto prima questione Elencorum, et ab omnibus fere Doctoribus contra Lemosium libro 10 Paradoxorum c. 20 asserentem errasse Dialecticos omnes, qui hanc conclusionem tenent. Probatur ergo nostra assertio, nam logica plura demonstrat de parte topica, et sophistica: ergo etiam ratione huius utriusque partis est scientia; antecedens probo; nam de syllogismo probabili demonstrat logica, quod non generet scientiam, sed oppinionem, sicut de syllogismo fallaci, quod generet errorem; de illo demonstrat, illius premissas tantum coniungi probabiliter cum medio, et consequens non esse evidens; de isto autem demonstrat, non retinere veram concludendi formam, sed apparenter concludere, evidenter detegendo defectus sophismatis: ergo etiam respectu huius utriusque partis logica est scientia.

Sed notabis: aliud est partes topicas, et sophisticas esse solum probabiles in se, aut capciosas, et aliud est, Dialecticam versari circa illas solum probabiliter: licet ergo pars topica, et sophistica non sit demonstrativa, et consequenter non sit scientia, logica tamen demonstrative agit de illis, probabilitatem, aut fallatiam ostendendo, licet conclusiones in parte topica, et sophistica in se non sint evidentes, quod quidem fatentur omnes; quia ad scientiam non requiritur, quod obiectum illius sit scientia, sed oppiniones

et errore, tanquam sobtum logicę possunt dari plures demonstrationes: ergo circa illas logica erit scientia.

## Caput 2. argumenta in oppositum examinantur

Opponens primo, ut aliqua facultas scientia sit, requiritur quod praecedat notitia modi sciendi, sed ante logicam nulla datur notitia modi sciendi: ergo logica non est scientia: probatur minor, quia logica est ipsa notitia modi sciendi: ergo ante logicam non datur talis notitia, alioquin logica esset ante seipsam, quod est absurdum: quod autem notitia modi sciendi sit ante scientiam, constat etiam, quia est instrumentum ad quamlibet scientiam comparandam: ergo ipsa non est scientia: probatur etiam, quia instrumentum non est idem cum scientia, ad quam est instrumentum, v.g. serra, quae deseruit ad artem lignariam, non est ipsa ars, sed instrumentum: ergo si logica est instrumentum, non est scientia.

Respondetur, in argumento probari, debere supponi ad scientiam quamlibet notitiam modi sciendi, si scientia accipiatur pro scientia discursiva habita per premissas evidentes, tunc verum est, quod requirat notitiam antecedentis, ut cognoscat consequens inferri ex premissis, quae notitia est actus evidens iudicii de bona illatione, qui actus non habetur per discursum, sed est primum principium lumine naturę notum, quod antecedit scientiam discursivam: unde in forma respondetur distinguendo maiorem, requiritur quod praecedat notitia discursiva modi sciendi, nego maiorem, non discursiva, concedo maiorem: ad probationem minoris, concesso antecedenti, distinguendum est consequens sic ut.

Vlterius ex eo autem quod sit instrumentum ad quamlibet scientiam comparandam, nihil contra nos, nam lima ferrea vere est lima, et simul instrumentum

ad alias limas efformandas: Grammatica est ars, et simul instrumentum Rhetorices, ergo licet logica sit instrumentum ad alias scientias comparandas, erit scientia: itaque in forma distinguo antecedens, instrumentum non est idem cum scientia, si instrumentum sit eiusdem rationis cum scientia, nego antecedens; si diversae rationis, concedo antecedens: itaque logica est eiusdem rationis cum aliis scientiis, quatenus ipsae sunt conclusiones deductae ex praemissis evidentibus, quae etiam reperitur in logica; ideoque scientia est.

Hic animadvertes, logicam quatenus instrumentum esse, quo aliae scientiae adquiruntur, esse rationem formalem, quam non autem quod, quia qui vult adquirere aliquam scientiam media logica, quod scire vult, non est logica, sed illam scientiam medio instrumento logices: nec obstat hoc, ut logica artificialis independenter ab aliis scientiis plura demonstret, et sit in se quo formalis, quod, quatenus ipsa scientia est, tunc enim instrumentum illius utique erit logica naturalis.

Opponet 2o, si logica foret absolute scientia, ex eo quod habeat aliquas demonstrationes, sequeretur, quod, quaelibet ars etiam mechanica esset scientia; quia nulla reperitur, quae circa suum obiectum aliquid non demonstret, verbi gratia ars sutoria, vel lignaria, quae dictant rectum, et verum modum, quo aliquid est faciendum in calceis, vel lignis disponendis; sed hoc non est dicendum: ergo neque quod logica sit scientia. Confirmatur, quia secundum Sanctum Thomam libro 1o Priorum lectione 1a, Dialecticam appellat artem, sed ars non est scientia: ergo neque logica.

Respondet negando sequelam; nam quaelibet ars non procedit scientifice demonstrando, et probando suum obiectum; nec etiam sic, quia qui illas docent, nihil curant de ratione et ratio tendendi, propter quam verbi gratia Calceus sic et non aliter disponatur, sed solum de modo

quo formandus, etsi licet in mechanicis artibus una, vel altera demonstratio daret, sic ad sui perfectam notiam non requireret: at vero scientiae practicae praeter hoc quod tradere modum, quo res facienda deueat, probant insuper causas et demonstrationes ostendunt quare sic, et non aliter debeat fieri, aut disponi. Ad confirmationem distinguit minor, ars omnis non est scientia concedo minorem, aliqua ars non est scientia, nego minorem: ars liberalis, quae versatur circa obiecta nobiliora, quam externa, et mechanica, vel scientiae; logica quae merito ars appellatur.

Opponens 2o, in logica sunt plures actus opinatiui, et incerti, licet multi sint evidentes: ergo logica non est scientia: probatur consequentia, quia denominatio debet sumi a parte minus principali; sic enim homo, licet componatur ex corpore, et anima spirituali, non tamen denominatur spiritus, sed corporeus a digno biliori parte, videlicet corpore: ergo logica debet denominari opinatiua, non vero scientia. Respondetur negando consequentiam, nam logica est ens quoddam per accidens, vel aggregatum plurium actuum evidentium, in quo, si reperiantur pauci alii actus inserti, et opinatiui, desumenda est denominatio a maiori et principaliori parte actuum: et licet in ipso essent pares actus scientifici, et incerti, adhuc absolute dicenda erit scientia, quia scientia dicit claritatem, quae est conceptus positivus, at opinio, ut potest incerta, dicit negationem claritatis, et a conceptu positivo debet denominari.

Sic igitur respondebis distinguendo probationem consequentiae, debet sumi a parte minus principali, quando explicat illa pars aliquid positivum, concedo antecedens: quando explicat aliquid negativum, nego antecedens: ad exemplum de homine dic, quod homo denominatur corporeus, quia corpus definitur communiter per conceptum positivum, videlicet per trinam

dimentionem; non tamen denominat spiritualis, quia spiritualis coi[?] ponit per omnimodam negationem partium materialium, ideoque homo accipit denominationem a corpore: sic similiter logica

## Caput 3. Logica quae de aplicative utens et docens, et ut utens non est scientia.

Rogamus in presenti, an logica docens, et utens, prout docens, et prout utens est, sit scientia, vel quod idem est, an ratio formalis, ob quam logica docens, et utens spesificative dicit scientia, sit quae est docens, et utens: ad cuius resolutionem prenotandum est, non omnes actus logicae docentis, et actus logicae utentis esse scientificos; cum plurimi sint tantum probabiles et opinativi, et multi fallaces, et sophistici, ut ab omnibus statuitur; atque adeo non omnes logicas utentes, et docentes esse scientias: unde questio non procedit cum omnes actus logicae docentis, et utentis, sed cum solos actus scientificos logicae spesificative sumptos.

Hoc supposito, asserendum est primo logicam prout docens formaliter non est scientia: probatur 1o, nam logica docens dicit duo, et conceptum docentis, et conceptum scientis; sed sub conceptu docentis logica non dicit conceptum scientis: ergo logica prout docens non est scientia: probatur minor, nam sub ratione formali docentis dicit tradere regulas cum definitionibus, divisionibus, et argumentationibus, sed hoc non affert formaliter conceptum scientis: ergo logica prout docens non est scientia.

Probatur 2o, si ratio formalis docentis praecise esset ratio formalis scientis, ubicumque darentur actus logicae docentis, essent scientifici; sed dantur plures actus, qui non sunt scientifici sed tantum probabiles, et fallaces: ergo ratio docentis

nor est q. aliqui actus sint scientifici, q. ratio scientie non proveniet ex eo, q. doceat, sed q. stabit demonstrando se habeat cum suos actus.

Sed insurgunt Orth. Arr. Ovi. et alii opposite sententie fautores: logica sub ratione, qua cognitio evidens, representat intrus aliquas veritates circa argutiones &c. conficiendas, instruitque illum, ut tales argutiones evidenter conficiat; sed hoc formaliter est docere; eum instruat intrus media illa cognitione evidenti: ergo sub ea ratione, qua logica est scientia, est docens. Respondebis concedendo maiorem, quoad primam partem, et negando secundam; verum est, q. cognitio evidens representet intrus aliquas veritates; ceterum falsum est, q. instruat intrus, ut argutiones conficiat; nam hoc, q. est instruere, et docere dicit conceptum distinctum formaliter, cum possit dari aliquis actus scientificus, v.g. actus evidens logice utentis, qui non sit logica docens, et consequenter conceptus docentis, prout talis omnino separabilis erit a concepta scientie.

Asserendum est 2o. cum Pe. Hur. et Arri. logica utens ut utens non formalit. scientia: probatur conclusio, q. in materia probabili, et topica possumus uti preceptis evidentibus, ubi conclusio tantum erit probabilis, nec premisse poterunt demonstrare; sed logica utens ad summum habet uti preceptis evidentibus: ergo logica utens, ut talis non est scientia: probatur minor; nam ex eo q. utatur preceptis in exercitio, et executione nullas conclusiones denuo infert evidentes, sed solum reducit illa ad exercitium, q. non est ratio, aut principium ad demonstrationem: ergo. Confirmatur 1o. q. plures actus dantur logice utentis, qui indicant formaliter rationes scientie: ergo ratio formalis, qua logica est scientia, non est q. utatur: sequeretur alioquin actus logice utentis probabiles, et fallaces essent scientifici. Confirmatur 2o. scientia ut talis est cognitio evidens alicuius

obi;

sed logica prout utens non ē cognoscitiua alicuius obti, sed potius ipsa ē obtu logicę docentis: ergo.

Ast opponunt aduersarij ea ratione, quia actus evidens ē actus scientificus logicę, ē logica utens preceptis evidentibus: ergo sub ratione utentis ē scientia: antis probant, quia nequit concipi conclusio evidens ut talis illata ex premissis evidentibus secundum precepta demonstrationis, quin concipiat ut exercens in se talia precepta: ergo qua conclusio evidens ē logica utens. Respondeo negando ans, nam actus evidentes ēē scientias, non quia habit uti preceptis, quoniam si quis lumine naturę conclusionem aliquam evidentem eliceret, quin ex cognitione preceptorum, et regularum illam deduceret, illa conclusio scientifica esset, non tamen habit utens, quia non exercuit in se precepta demonstrationis.

## caput 4; an logica dicenda sit scientia practica, vel speculatiua?

Presentis difficultatis enodationem minime concipiemus, nisi quid sit scientia practica, et speculatiua, prius investigemus: Ex communiori Doctorum sententia scientia practica ē illa quę ita dirigit ad aliquod opus faciendum, ut simul tradat modum operis faciendi, qua ratione ars picturę ē practica, quia ordinat ad opus faciendum: speculatiua vero ē, quę consistit mere in contemplatione alicuius veritatis, ut astrologia, quę consistit in contemplatione syderum, nec ordinat ad aliquod opus faciendum; insuper actus illius scientię, quę dicit practica, dicuntur practici, quiquidem sunt regulę, et precepta; obtum tamen illius scientię dicit praxis, seu quod idem sonat apud latinos opus, ad quod faciendum

scientia practica deservit; unde sunt correlatiua inter se scientia practica, et praxis; sicut causa, et effectus.

Ulterius, ut aliqua cognitio sit practica, requirit, ut ex vi talis cognitionis dirigentis opus sit factibile, nec sufficit, quod secundum se sit factibile, dummodo non dirigatur ab ipsa cognitione: unde cognitio talis debet esse, ut illa ablata, et alia quacunque simili, maneat artifex omnino destitutus directione, et aberrandum expositus in opere faciendo: secus autem, si illud opus ablata cognitione, sine errore posset confici ab artifice, illa cognitio non esset scientia practica: siquidem eius directio in opere non exerceret, neque ex vi illius tale opus fieret: solum quia cum illud se haberet, ut actus speculativus.

His praeiactis, inquires 1o, an actus interni habere possint rationem praxis, seu operis? negativam partem astruit Scotus quaestione 4a Prologi, quem sequuntur aliqui apud Patrem Suares tomo 2o Methaphisices, disputatione 44 seccione 13; nos tamen adstruimus, actus internos habere posse rationem praxis, ita Pater Suares, Pater Vasques 1a parte disputatione octaua carte s cast fon., et Conimb. Probatur conclusio; nam scientia practica, est quae dirigit aliquod opus, quod faciendum est, sed potest dirigere actus internos, qui aliàs indirecti possent elici: ergo potest scientia practica dictare regulas, quo directè eliciant actus interni: ergo possunt habere rationem praxis. Confirmatur 2a quia actus dirigens ad aliud actum efformandum non est speculatiuus: ergo est praticus: probatur antecedens, quia ad quodlibet opus, quodcunque illud sit siue externum, siue internum, ille actus dat regulas, et praecepta: ergo etiam potest extendi ad opus internum, sicut extendit ad alia distincta ab actibus internis.

Inquires 2o;

an duo actus formaliter practicus, et formaliter speculativus circa idem obiectum possint uersari? respondeo affirmatiue cum P. Hurtado disputatione 11 de anima, P. Arr. disputatione 1a logicae sectione 4a sub sectione 4a, probat, quia illi actus non solum distinguntur ratione obiecti, sed ratione diuersi modi tendendi in idem obiectum; actus enim practicus dicit respectum ad opus; speculatiuus uero solum dicit respectum ad contemplationem obiecti; ergo ex modo tendendi possunt uersari circa idem obiectum. Insuper respectu diuersi obiecti idem actus potest esse simul practicus, et speculatiuus; si enim unus praescribat modum, quo alterum obiectum fiat; et praecise idem actus consistat in contemplatione alterius obiecti iam facti, idem actus utranque rationem sortibit.

Caeterum idem formaliter actus nequit esse practicus, et speculatiuus circa idem obiectum, quia implicat tendere circa idem obiectum modo operabili, et modo non operabili: ergo implicat respectu eiusdem obiecti idem actus, qui sit practicus, et speculatiuus formaliter; secus dicendum, si idem actus esset formaliter speculatiuus, et uirtualiter practicus: u.g. hic actus definitio est clarior suo definito, est speculatiuus, uirtualiter ergo practicus; quia docet quomodo definitio conficienda sit.

Inquires 3o, si quis discat scientiam practicam sine animo faciendi opus, an illa scientia esset practica? respondet negatiue Pr. Suar. tomo 2o Metaphisicae disputatione 14; quia ille solum consisteret in contemplatione illius obiecti, absque animo utendi tali scientia, nec ad opus progrederetur: ergo tantum esset speculatiua. Nos tamen asserimus, non requiri intentionem agentis ad opus efficiendum, ut sit practica ex se; probatur conclusio, quia scientia practica ex modo procedendi in suum obiectum tradendo regulas,

et precepta modo operabili sufficienter distinguitur a scientia speculatiua, sed deficiente intentione agentis, sufficienter adhuc intelligitur distinctio inter utranque scientiam: ergo esset scientia practica: probatur minor, nam scientia practica non desumitur per ordinationem ad opus ex intentione agentis, sed ex eo quod ex se dictet modum, quo opus fit, licet per accidens non reducatur ad actum: ergo absque intentione agentis scientia practica sufficienter distingueretur a speculatiua: unde actus practicus ex sua ratione intrinseca habet rationem practici, nec formaliter constituitur per extrinsecam ordinationem agentis: petit autem ordinari ad opus ordinatione intrinseca ex modo suo tendendi in illud, non uero ordinatione aliqua extrinseca, quae illi per accidens est.

## Caput 5. circa scientiam practicam specialis difficultas discutitur.

Inquires 4o, utrum scientia practica possit dari in subiecto, quod non habeat potentiam ad opus agendum: ad cuius intelligentiam duo adnotabis, primum, scientiam practicam non ideo esse talem in subiecto, quia ab illo opus efficienter procedat, sed sufficere, si tradat regulas, quibus alia potentia opus efficiat, ut homo, qui doceret equos artem saltandi, haberet scientiam practicam, nec tamen saltaret sicut equus: secundum, non esse questionem de subiecto, quod non habeat potentiam faciendi opus ... et aliquo euentu, et per accidens, ut patet in musico, cui abscissa fuit manus, qua citharam pulsabat, licet illi tunc pulsatio citharae sit impossibilis, sufficit enim, quod quantum est ex se habeat potentiam ad opus illud efficiendum, ut uere habeat scientiam practicam circa pulsationem citharae.

Dictas ergo solum est de hoc, qui ipse non habet potentiam ad effi-
ciendum opus, nec ab illo est operabile, aut factibile, sed a-
lio ab illo; 2° an homo possit habere scientiam practicam
de creatione Rosae, quae quidem non ab hoc, sed solum a Deo
factibilis est. prima sententia requirit talem potentiam, ut opus
fiat; ita Pater Suar. disputatione 44 Methaphisicae sectione 1ª, Pater
Molina 1a parte, quaestione 1a articulo 4o disputatione 1a, fumel 1a
parte in quaestionibus Pr., et articulum 4 Santi Thomae quaestione sua
1a. 2a sententia negat, requiri talem potentiam in subiecto; ita
Maironius in 1o distinctione 48 quaestione 4a, Pater Fonseca tomo 5o
Methaphisicae cap. 1o quaestione 5a, et quasi plurimi ex RR.

Sit pri-
ma conclusio; non requirit ad rationem scientiae practicae po-
tentia in subiecto ad opus agendum dummodo habeat potentiam ad
dirigendum aliud agens, ut opus exequatur. probatur conclusio
nam illa scientia, quae daretur in subiecto non habente potentiam ad
opus, vere, et rigorose dirigeret agens extraneum, et suffi-
cienter eius directione illud instrueret ad opus efficiend-
um, indeque resultaret proprius effectus productus: ergo vere
esset practica illa scientia; cum nihil aliud requirat, quam
quod tendat in suum obiectum modo operabili, non vero modo spe-
culativo. Confirmatur ab exemplo; Deus habet scientiam prac-
ticam, qua potest instruere, et dirigere homines, quomodo obe-
dientia maioribus praestanda sit, et tamen Deus non habet
potentiam ad obediendum: ergo dabitur scientia practica in subiecto, quod
possit dirigere alios homines ad quodlibet opus peragendum.

Secunda
conclusio; potest inveniri scientia practica in subiecto

licet careat potentia ad opus, et nequeat aliud agens dirigere. Probatur conclusio 1a, quia scientia in ratione scientiae practicae non constituitur formaliter per potentiam ad exequendum opus, sed
4 per potentiam ad dirigendum agens ad illud: ergo licet deficiat in subiecto praedicta potentia, poterit in illo dari scientia practica: probatur antecedens nam in ratione practicae formaliter, et intrinsece constituitur ex eo, quod dictet ex se regulas, et modum ad opus efficiendum, licet subiectum, in quo est, careat omnimoda potentia; siquidem ipsa est tendentia ad illud obiectum distinguitur a potentia subiecti, quae est extrinseca talis scientiae: ergo independenter ab extrinseca potentia intelligitur formaliter constituta scientia practica quantum est ex se.

Probatur 2o: si homo haberet scientiam absque potentia ad aliquam rem efficiendam, et de novo potentiam acciperet, qua efficeret talem rem; in tali casu ex vi scientiae practicae, quam antea habebat, praestaret opus; alioquin non praestaret illud, si non dirigeretur ex directione illius scientiae: ergo illa scientia quantum est ex se sufficienter dirigit, et modum ostendit rei faciendae absque potentia subiecti: ergo esset scientia practica.

Sed opponitur 1o adversus primam conclusionem, quando opus est impossibile, impossibilis est scientia practica; sed respectu subiecti illud opus est impossibile: ergo respectu illius est impossibilis talis scientia. Respondetur distinguendo maiorem, quando opus est impossibile, scientia practica est impossibilis quantum est ex se; nego maiorem: est impossibilis scientia practica absolute, concedo maiorem: itaque ad opus impossibile non datur scientia practica absolute efficiens illud, quae deficit omne id, quod requiritur, ut exequatur; attamen quantum est

ex se dirigit ad opus, et praescribit regulas, ut accedentibus aliis requisitis extrinsecis, videlicet potentia in subiecto, vel non repugnantia ex parte operis quod deficiat in scientia practica, ut absolute denotet tertia talis; unde absolute involvit aliquid extrinsecum, quod non petit ad sui constitutionem, sed aliquid omnino intrinsecum sibi quantum est ex se constituit constituit constituit constituit.

Nec in contrarium est, quod illa scientia esset in subiecto inutilis et superflua, eo quod careret fine, et obiecto, scilicet executione operis: ad quod respondeo, nullatenus esse otiosam, quia non ponitur in subiecto, ut subiectum utatur talis scientia ad opus exequendum, quod tunc impossibile est, sed ut perficiat subiectum in ratione cognoscentis per illam; neque quantum est ex se careret fine, quia non defectu suae directionis illud opus esset impossibile, sed ab extrinseco.

Opponitur 2o, quando aliquid est causa partialis respectu alicuius effectus respicit aliam concausam, cum qua potest producere talem effectum; sed scientia practica respectu effectus videlicet operis, respicit aliam concausam, scilicet potentiam subiecti, cum qua potest producere talem effectum: ergo si non datur talis causa, nequit scientia practica, ut partialis causa respectu operis, efficere illud. Confirmatur 1o, nam quando alia causa est impossibilis, illa quae est possibilis, non dicitur posse se sola producere effectum, sed in subiecto impossibilis esset potentia ad opus efficiendum, quae est causa: ergo sola scientia nequit producere effectum. Confirmatur 2o, nam illa scientia non esset practica, sed speculativa, siquidem sisteret in obiecto suo non re illud speculando: ergo.

Respondetur distinguendo maiorem, respicit aliam causam, quando scientia dicitur absolute potens efficere opus, concedo maiorem: quando dicitur potens quantum est ex se, nego maiorem: unde cum ex se non requirat effectivam potentiam in subiecto, inde est, quod licet

non det altera causa, possit dici quantumvis esse scientia practica. Ad 1am confirmationem distinguo antecedens, quando una concausa est impotens, altera potens non potest se sola producere effectum absolute, concedo antecedens: quantumvis et se, nego antecedens. Ad 2am confirmationem nego, quod illa scientia esset speculativa, nam affert in obiectum ut et sub directione fiat, accedentibus aliis requisitis. itaque concludo, scientiam practicam non constitui per potentiam effectivam, vel per non repugnantiam operis, sed solum constitui practicam, quatenus dirigit ad opus.

## Caput sextum praecipua quaestio de logica dirimit.

Praecognita iam natura scientiae practicae, et supposito ex capite 1o huius disputationis, quod logica scientia sit tam discursiva, quam non discursiva, accedit resolutio praecipuae difficultatis, utrum logica ex modo tendendi in suum obiectum sit scientia practica, vel speculativa; aut dicenda sit absolute practica? qua de re prima sententia affirmat, logicam esse pure speculativam, ita Scotus q. 4a Prologi, Durandus, Fabelius, Complutenses disputatione 1a quaestione 6a, et apud illos plures thomistae, et scotistae. Secunda sententia e regione opposita affirmat, esse pure practicam, quam tenent Pater Fonseca 2o Methaphysicae c. 2o quaestione 2a sectione 4a, Patres Conimbricenses quaestione 4a Proemiali articulo 5o, Pater Arriaga disputatione 3a logicae numero 16, Pater Oviedo contra 2a Proemiali puncto 5o, et alii plures. 3a sententia affirmat, estque verissima, logicam esse partim practicam, et partim speculativam, hanc sententiam tuetur Pater Gabriel Vasquez 1a parte disputatione 19, Pater Suares tomo 2o Methaphysicae disputatione 44 sectione 1a, Pater Hurtado disputatione 1a logicae sectione 2a, et ex Recentioribus quam plurimi non inferioris notae.

Sed priusquam

mea, mentem aperias, duo in hac difficultate possunt controverti; unum de re, scilicet an omnes actus, vel aliqui actus logicae sint practici, aut omnes vel aliqui sint speculativi, qui quidem sint proprii logicae; alterum de nomine, an logica dicenda sit absolute practica vel speculativa, casu quo habeat plures actus speculativos, et plures practicos; utrumque per varias conclusiones sic decido.

Sit 1a conclusio; Dialectica habet aliquos imo plures actus practicos proprios illius, consequenter est partis practicae: probatur; nam logica ex suo modo tendendi habet plures actus proprios, qui tradunt regulas, quomodo fieri potest opus: ergo habet plures actus practicos: probatur antecedens; nam actus, qui docent, quomodo conficienda sit recta definitio, divisio, et argumentatio sunt practici, quia versantur circa finem modo operabilium; insuper plures sunt actus proprii logicae, qui ad id tendunt, ut practice doceant modum resolvendi syllogismos per ostensionem, et per impossibile, et aliquam plures: ergo.

Confirmatur; nam reliquae scientiae dicuntur uti, et revera utentes sunt praeceptis et regulis logicae; sed implicat, quod reliquae scientiae utantur his regulis ad definiendum, dividendum, et argumentandum, et quod tales regulae non sint practicae: ergo logica habet plures actus practicos: unde Divus Augustinus de Dialectica fatur, Haec est scire et scientes facere; quasi dicat proprium esse logicae practice docere, quod scientes nos facit; siquidem finis illius est dirigere, et instruere nostrum intellectum, ut sciamus.

Sit 2a conclusio; in logica inveniuntur plurimi actus huius facultatis proprii ex suo modo tendendi speculativi, ac per consequens logica etiam est partis scientia speculativa: probatur; nam plurimi actus reperiuntur proprii logicae, qui etsi non dirigant ad opus, nec tradunt

modus operis prestandi; tantum enim sistunt in contemplatio-
ne obti: ergo loga e partis scientia speculativa: probatur ans;
nam multi actus dant, qui contemplant, et iudicant, an bene, vel male
actus efformati per regulas logae eliciti sint; et alii, qui solum repraesentant sua
obta modo non operabili v.g. isti, sicut de isto, homo est animal rationale, et
recto; itaque, et praemissis probabilibus solum infert conclusio probabi-
lis; hi syllogismi efformati in Barbara, et Darii directe conclu-
dunt, sed oes unica actus sunt speculativi, et proprii logae; siquidem
nullus dirigit ex se, sed supponit iam perfectos syllogismos, aut de-
finitiones; vel sistunt in contemplatione abstractus veritatis ergo.

Sed insurgit 1o Pitarrja; loga deservit ad efficiendum opus suum obtum, quatenus
agit de definitione, divisione, et argumentatione, de propositione, suppositione
tris, et caetera, quae oia sunt obtum logae; sed hoc est practica secundum
oes suos actus; ergo nullos habet actus speculativos: probatur maior,
quia loga dirigit ad oia ista efficienda, tanquam proprium suum obtum;
ergo deservit ad illud. Respondeo facile distinguendo maiorem; de-
servit ad oem suum obtum efficiendum per quoscunque suos actus, nego maiorem;
per aliquos suos actus, concedo maiorem, et ad probationem, eadem distinctio
applicanda est.

Itaque ad rationem scientiae practicae non satis est, quod quomo-
docunque deserviat ad opus; sed quod ex sua propria tendentia deser-
viat dirigendo ad opus efficiendum; directio autem ad illud, non
tradit ei loga per quoscunque actus, sed solum per actus practicos: cum
ergo in loga inveniantur plures actus, qui ex suo modo tendendi non
deserviant dirigendo, nec in illis reperiatur directio ulla ad ob-
tum efficiendum, sed solum contemplatio circa illud, ipsum effectum;
inde est, quod loga habeat plures actus speculativos, licet utcunque
deserviant ad opus.

Insurgit 2o.

si aliquis actus logicae esset speculativus, maxime iste: haec definitio homo est animal rationale est recta; sed hic actus non est logicus: ergo nullus est speculativus: probatur minor, quia ipsius mediante habetur ab intra mediis his duabus praemissis, videlicet omnis definitio explicans essentiam rei est recta; sed haec definitio homo est animal rationale sic se habet: ergo est recta; ex quibus praemissis una est logica, et altera philosophica, quia scire essentiam rei ad philosophiam spectat; sed nequit inferri conclusio logica ex praemissis non logicis: ergo conclusio non erit actus logicus.

Respondeo 1o, negando minorem, et maiorem probationis, quia actus definitionis praedictus non est necessario discursivus, cum possit esse principium immediate evidens ex apprehensione ipsorum terminorum. Secundo negando minorem etiam primi et secundi syllogismi, concessa utraque maiori; quia licet demus, quod illa conclusio sit necessario discursiva, et inferatur ex una praemissa non logica, non infert eam conclusionem non esse logicam; recte enim potest quaelibet scientia uti principio alterius scientiae, et iuvari ab illa in inferendo aliqua conclusione, cuiuscumque conclusio sit: in hoc nullum inconveniens reperitur, et commune est inter ceteras scientias, alias ab aliis mutuari quae sibi conducunt: ergo praedictus actus erit speculativus logicae, sicut quilibet alius qui consistat in contemplatione definitionis, divisionis, et argumentationis iam factarum secundum regulas logicae, licet sit discursivus, et supponat aliqua praemissa habita de essentia cuiusque rei, per cognitionem experimentalem.

Hinc infertur 1o, dari aliquos actus speculativos, quos iuvat logica, qui pertinent ad alias scientias, et ad Metaphysicam spectant hic, quae unde universale, unde intentio quodlibet, vel nomen; quia illi actus non respiciunt obiectum formale

logę, neque actus internus tanquam objectum materiale, aut voces, prout dirigi ∫ileret, sed solum in res tendunt secundum se, quod minime spectat ad logam, nec ad proprios eius actus: solum ergo loga utitur illis ad demonstrandum sua objecta, sicut, et metaphysica utitur actibus logę ad idem intentum; unde ad invicem hę duę scientię amiscentur in suis actibus, et cederant.

Inferas 2o, cognitionem de bonitate illationis esse virtualiter practicam, quia licet cognitio, et conclusio sit formaliter pure speculativa, semper virtualiter dictat, quo nam propositio inferenda sit recte in consequentia, et in quacumque scientia, et vi illius cognitionis agnoscit logicus, quę propositio ponenda sit pro maiori, et quomodo minor disponenda, ut recte concludat.

Inferas 3o, ipsos actus dicitur de omni, et dicitur de nullo, de ipso deteriori, et de infinito, et alios similes repertos in loga esse virtualiter practicos, quia ęquivalent actibus formaliter pręcipientibus quomodo opus debeat fieri. Inferas 4o, oratione loga docente esse practicam, quia logicę dicit formaliter tradere pręcepta, et dirigere ad praxim; licet prius requirat speculationem plurium veritatum, quę talia pręcepta demonstrant: at loga intensive sub diversa ratione tam in actibus practicis, quam speculativis reperit.

Restat expedienda 2a difficultas quęstionis, utrum dicenda sit loga absolute, et simpliciter scientia practica, vel speculativa? sit 2a conclusio: loga absolute, et simpliciter dicenda est scientia practica; ita Soto, Suarez disputatione 2a logę, sectione 2a, Conimbricenses in loga quęstione 4a. Probatur conclusio, quia ratio, propter quam aliqua scientia denominatur absolute talis, desumitur ex fine immediato, et pręcipuo, quem intendit; si enim finis est contemplatio veritatis, dicitur speculativa scientia;

ut Astrologia in contemplatione siderum consistit: si autem finis est opus, dicitur practica; ut ars Medicinae, quae in corporum curatione se exercet, licet plures actus speculativos habeat; sed finis, quem Dialectica intendit immediatus, et precipuus est opus, nempe constructio recte definitionis, divisionis, et argumentationis, ad idque tradit quam plurimos actus practicos, ut constat: ergo absolute dicenda est scientia practica: minor huius discursus patet ex Aristotele qui Logicam modum sciendi appellat: et ex divo Thoma Logica ars artium nuncupatur, quia ab illa omnes aliae scientiae sua praecepta mutuantur: ergo.

Confirmatur 1o; nam Logica non definitur in ordine ad actus speculativos, sed ad practicos, scilicet ad operationes intellectus ut dirigibiles, cum modus sciendi: ergo secundum illos Logica debet absolute accipere denominationem, et non secundum speculativos. Confirmatur 2o ab exemplo; nam licet homo secundum corpus non sit rationalis, sed tantum secundum animam, absolute, et principalius dicitur rationalis; quoniam hoc praedicatum rationale cum sit positivum, sat est, ut verificetur secundum aliquam sui partem; attamen nequit dici non rationalis absolute; quia est praedicatum negativum negans etiam de qualibet parte quod sit rationalis; sed plures actus habet Logica, secundum quos dirigit ad opus, licet alios habeat secundum quos non dirigat, sed tantum consistat in contemplatione illius: ergo absolute, et principalius, ut ex definitione Logicae constat, denominatur practica; siquidem est praedicatum positivum hoc, quod est dirigere; et negativum sit, non dirigere.

## Disputatio 3a an utilis, et necessaria sit Logica ad alias scientias adquirendas, et quomodo concurrat ad illas.

# Caput 1. nostrum judicium circa necessitatem et utilitatem Logicae ad alias scientias expendit.

Ut breviter ab hac parte me expediam; duplex necessitas a Doctoribus secernitur, alia absoluta, et simpliciter talis, sine qua res nequit obtineri; ut cibus dicitur simpliciter necessarius ad alendam vitam, quae sine illo nequit conservari: alia necessitas secundum quid, sive ad melius esse, et facilius aliquid efficiendum, ita ut sine illa id possit absolute fieri, licet cum magno labore; sic equus dicitur necessarius ad longum iter, quia licet absolute possit confici iter sine equo; attamen non ea facilitate, qua posset, si adesset equus.

Insuper necessitas absoluta potest esse triplex, methafisica, physica, et moralis: illud est necessarium Methaphisice, sine quo nec de potentia Dei absoluta potest consequi res: sic animal, et rationale necessaria Methaphisice sunt ad hominem, ut sine illis nequeat ullo modo dari homo: illud est necessarium phisice, sine quo nequit naturaliter res consequi de potentia ordinaria, licet de potentia Dei absoluta possit; sic applicatio ignis est phisice necessaria ad combustionem, quia sine tali applicatione ad passum, non datur naturaliter combustio; licet Deus de potentia absoluta miraculose suppleat defectum applicationis: tandem illud est necessarium moraliter, quando indicat prudens, seu secundum judicium prudens, nunquam sine illo posse rem consequi, licet revera phisice absque illo obtineri queat. Quapropter rogamus in presentia an Logica sit necessaria ad alias scientias absolute, et simpliciter, an solum ad melius esse; et an Methaphisice, phisice, aut moraliter necessaria debeat esse?

Ad quiis resolutionem, præmitto 1o, solùm quæstionem procedere de logica artificiali, quam asserimus, non esse simpliciter necessariam ad adquirendas alias facultates, quæ non procedunt modo scientifico, et perfecto, seu ex discursu, ut Grammatica, et Rhetorica, quæ magis memoria indigent quam discursu; si autem in illis aliqui discursus inveniuntur, sunt adeo faciles, ut ad eos sufficiat logica naturalis, quamvis ad omnes istas scientias, et similes imperfectas valde sit utilis, et ad melius esse logica artificialis.

Præmitto 2o, ad eas facultates, quæ propriè, et perfectè sunt scientiæ, logicam saltem naturalem necessariam omnino simpliciter, quia illæ scientiæ principiis evidentibus, et discursibus facilioribus utuntur, quia absque logica naturali confici nequeunt; ut omnis homo est animal, Petrus est homo, ergo Petrus est animal; item totum est maius sua parte; et, quodlibet est, vel non est. Præmitto 3o, sermonem hic esse non solùm de logica actuali, sed etiam de habituali, quarum quælibet est utens, et docens: cæterum in præsenti solùm agimus de docente, quæ absolutè intelligitur nomine logicæ, non tamen de utente, quæ quidem tantum est logica utens intra eandem materiam logicæ; et non in alia materia aliarum scientiarum. Præmitto 4o, difficultatem procedere de necessitate logicæ ad alias scientias scientifico, et discursivo modo adquirendas, quæ circa sua objecta versantur per demonstrationem inquirendo causas rerum.

His præmissis, indico 1o, logicam habitualem artificialem docentem non esse physicè, nec moraliter necessariam ad alias scientias perfectè aut imperfectè adquirendas, bene tamen ad melius esse ita P. Cur dispone 2a logicæ, sessione 6a P. Arri dispone 1a, sessione 4a, P. Oviedo, doctique Thomistæ. Probatur,

q̃ loga habitualis ẽ habitus adquisitus facilitans ad actus logç generatus q̃ ab ipsis actibus; sed qd prestat iste habitus, prestat ab actuali logã; licet maiori difficultate: ergo loga habitualis non ẽ simplicit naria: probatur minor; nam iste habitus non dat absolute posse; sed solum posse cum facilitate: ergo sine habitu logç, licet non adeo facile, ab actuali logã prestatur, qd possint elici actus aliarum scientiarum.

Probatur 2o;

q̃ ut sit naria debet dictare intrui modum, quo scientiæ adquirendæ sint; sed hoc ẽ proprium logç actualis artificialis, siquidem fralit representat intrui modum; habitus vero non representat fralit; cum non sit actus intrus, sed solum virtualit quatenus ẽ virtus productiva actus, qui ẽ res fratio fralis: ergo loga habitualis non ẽ simplicit naria ullo genere necessitatis. Unde hæc loga naria erit indirecte, et ad melius ẽẽ, quatenus facilitat, et inclinat ad actus logicos, qui simplicit narii sunt ad consequtionem aliarum scientiarum.

Dico 2o: loga actualis artificialis docens ẽ moralit naria ad consequendas perfecte alias scientias: pro hac conclusione stant Ths obiecto controversa 2a logç puncto 6o, Fransiscus a [illegible] disputatione proemiali logç sessione 2a. Probatur ~~1a pars conclusionis~~ conclusio; nam ea, quæ sunt adeo difficilia, ut prudenter iudicemus non ẽẽ factibilia, licet sint possibilia Methaphysice, et physice, dicuntur moralit ẽẽ impossibilia; sed sine loga actuali docente reliquæ scientiæ non adquirerentur, sed iudicarentur adeo difficiles, ut essent impossibiles moralit: ergo loga actualis docens ẽ naria moralit ad alias scientias: maior ẽ certa; probatur minor; nam in adquirenda qualibet scientia per se ipsum occurrunt quamplurimæ difficultates in efformandis recta definitione, et divisione; apparentes quot fallacias, ac in conficiendis

syllogismis strictè, ut sine praevia notitia logicis logicae logicae logicae logicae logicae logicae logicae logicae, difficilimum sit, omnes difficultates has superare, insistendo solum in primis scientiarum principiis: ergo judicarent moraliter impossibilia; ergo logica actualis dirigens moraliter necessaria.

Judico 3o; logica actualis artificialis docens non est ad alias scientias necessaria phisicè, aut Methaphisicè: probatur conclusio: quia quod dictat, et docet logica actualis artificialis, adquisitum fuit absque illa ab Authores logicae: ergo sicut sine illa reliquae scientiae poterunt elicere actus scientificos: immo aliquo ingenio potuerunt comparari sine lumine logicae actualis: ergo phisicè, aut Methaphisicè non est necessaria: antecedens certum est; quia sola logica naturali haec actualis ab Aristo, adquisita fuit; probatur consequentia, quia eadem ratione, ut in reliquis scientiis, nulla praecedente logica actuali artificiali, possint vi naturalis industriae, et ingenii acumine, licet cum magna difficultate assequi plures actus scientifici. Vg. potest quis cognoscere hoc principium lumine naturae notum; quaecumque sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se; sed hoc cognito, licet difficile, potest disponere syllogismum infra, quin clarè cognoverit desponem, aut divisionem: ergo phisicè, aut Methaphisicè logica actualis artificialis necessaria non est.

Confirmatur 1o; nam in aliis scientiis, mediis argumentationibus naturalibus, comparationibus quae demonstrant non pauca; ut in Mathematica, plura demonstrant, quin praecedat aliqua notitia definitionis, divisionis, aut argumentationis formalis. Confirmatur 2o; antequam logica traderetur ab Aristo, stiterunt in aliis scientiis Doctissimi Philosophi, et illas adquisitos: dunt. ergo

# Caput 2 obiectiones adversariorum penitus enarvantur.

Obiicies 1o contra 2am conclusionem, logica actualis artificialis solum requiritur propter syllogismos difficiliores; sed possunt comparari scientiae sine syllogismis difficilioribus, procedendo solum per quatuor modos primae figurae media logica naturali: ergo logica actualis artificialis moraliter non necessaria ad alias scientias perfecte comparandas. Respondemus 1o, hoc argumentum tantum probare, non esse phisice, et methaphisice logicam necessariam ad alias scientias, ut supra indicavi: 2o omitto, quod scientiae possent comparari efformando semper faciliores syllogismos, et vitando difficiles; caeterum magnum periculum errandi inesset: quia qui diceret scientias absque logica, ores syllogismos, etiam difficiles indicaret faciles, et evidentes per maximum errores; qui actus tunc non essent scientifici: insuper syllogismi in prima figura non adeo sunt faciles, ut aliquando ignaris non sint per difficiles propter mutationem suppositionis, aliarumque logicae proprietatum.

Itaque omissa maiori, distinguenda est minor; sed possunt comparari scientiae sine syllogismis difficilioribus absque periculo errandi, nego minorem; cum maximo periculo erroris, concedo minorem: et hinc, quod ob logicae defectum illi Philosophi, qui adepti fuerunt alias scientias, et doctissimi stiterunt, tantum imperfecte, et cum periculo erroris in quali libet scientia procederent, ut testatur Aristotele, 1o Methaphisicae referens, et refellens quamplurimos errores, in quos pessime inciderunt illi Philosophi Antiquiores ingenio satis perspicasi: unde necessaria moraliter fuit logica actualis ad alias scientias perfecte comparandas.

Obiicies 2o

contra eandem conclusionem: cum ius Canonicum, et Civile iur-
isperiti, qui logices regulis operam non navarunt, passim
legum, et canonum peritissimi frequenter evadunt: ergo Logica non
est moraliter necessaria ad alias scientias perfecte obtinendas.
Respondet Ius canonicum, et Civile eo modo, quo communiter dis-
citur, non esse scientias; quia potius fundatur in autoritate legis-
latorum, quam demonstratione legum, quare sola memoria suff-
icit: Ceterum dupliciter potest considerari iurisperitia; 1o
quatenus nititur legum autoritate, et ita nullatenus est scientia;
nec logicam necessario requirit: 2o, quatenus demonstrat et natu-
ris verum equitatem iuris in quocunque eventu, et ubi leges
non sunt expressae, utitur discursibus; tunc igitur eget moraliter logica,
ut scientifice in demonstratione legum procedat

Obiicies

contra 3m conclusionem: licet homines adeo perspicaci inge-
nio praediti aliquas demonstrationes conficere possunt absque
praevia notitia logicae, non tamen possent reddere rationem, cur
recte consequens inferatur ex antecedenti: ergo necessario physicae, et methaphisicae
requirit cognitionem logicae de bonitate illationis: ergo necessario requi-
rit logicam ad alias scientias physicae, et metaphisicae: confir-
matur, nam licet premissae sint evidentes, si tamen nobis non cons-
tat de bonitate illationis ex premissis ad consequens, oportet recurr-
ere ad praecepta logicae, ut rectitudinem consequentiae dignoscere
possimus: ergo absque tali cognitione nullus potest adquirere alias
scientias.

Respondetur, posse absolute, et simpliciter sola logica
naturali confici demonstrationes ab hominibus maxime, et viva-
ci ingenio refertis, et consequenter ab ipsis ut naturali intrinsece cognosci
bonitatem illationis; quia sola logica naturali illi

hoes possent cognoscere hoc principium, hoc principium, quod est eadem universio et cetera, in quo fundat bonitas consequentiae, et ratio cur recte inferat ex ante; unde negat ans argumenti. Ad confirmationem negat etiam ans, nam non est opus recurrere ad praecepta logicae ad agnoscendam rectitudinem consequentiae, siquidem acutum ingenium, licet cum magno labore, et iugi meditatione illam agnosceret.

## Caput 3. statuitur in quo genere causae concurrat loga ad alias scientias.

Ex dictis constat logam artificialem docentem actualem, de qua solum loquimur, concurrere necessario moraliter ad alias scientias: rogamus ergo in praesenti in quo genere causae concurrat ad illas? ad cuius expositionem adnotabis plures esse causas, ut secundo libro Phisicorum latius dicemus, aliam physicam, ut est causa efficiens, quae vere et phisice communicat existentiam effectui: aliam physicam materialem, quae recipit formam: et aliam formalem physicam, quae subiectum informat: et alias morales causas, ut finis, qui movet ad aliquid efficiendum, et exemplaris, ad cuius similitudinem aliquid fit; his accedit causa dirigens, quae instruit ad opus praestandum: tota ergo quaestio reducitur ad causas efficientem, et directivam (nam de aliis causis non est dubium logicae non convenire rationem illarum cum alias scientias) videlicet an loga docens artificialis, tam actualis, quam habitualis non solum concurrat dirigendo ut causa dirigens, sed etiam efficiendo, ut efficiens actus omnes aliarum scientiarum?

Vera, et nostra sententia est, logam actualis solum concurrit directive ad actus aliarum scientiarum, et nullatenus efficienter: pro hac sententia stat Pr fur disputatione 2a logicae sessione 5a, Pr Arria disputatione 5a sectione 5a, et quam plurimi RRs. Prima pars conclusionis patet, quia actus aliarum scientiarum scientifici, sine certe moraliter imp

impotes, nisi dirigant a loga actuali prescribente regulas et precepta: ergo concurrit tanquam causa moralis dirigens, absque cuius directione nequeunt scientie demonstrare suos actus: probatur 2a pars; nam actus intrus e loga actualis; sed nullus actus intrus phisice, et efficienter producit alios actus, etiam proprios loge: ergo loga actualis non concurrit efficienter.

Probatur insuper; nulla datur necessitas ponendi virtutem effectivam in loga actuali ad actus aliarum scientiarum: ergo illa virtus effectiva non est concedenda, siquidem non debet poni absque necessitate: probatur antecedens; ut actus loge possit dirigere, non est necessaria talis efficientia in ipso, nec petit illam ad actus aliarum scientiarum; quod exemplis manifestum fit: intellectus dirigit voluntatem, ut suos actus ordinate eliciat; nec tamen ad illos efficienter concurrit: elementaris ludi Magister dirigit puerum, ut discat elementa exarare; et tamen non eget apprehendere manum pueri, et concurrere cum illo simul ad formandam scripturam: etiam in artibus mechanicis hoc constat: ergo sibi loga, ut dirigat actus aliarum scientiarum, non est necessarium, quod illos phisice producat; nec efficienter concurrat.

Insuper nostra, et vera sententia sit: loga habitualis solum directive concurrit ad genera aliarum scientiarum: probatur; nam habitus adquisitus loge docentis solum effective concurrit ad actus similes illi, a quo ipse habitus generatus est (qua veritas in t[illegible]s est quasi communiter proloquium, ut in libris de anima, deo frequente dicemus) ergo habitus loge docentis solum concurrit efficienter ad actus alios efficiendos similes actui loge docentis; tunc sic: ergo non concurrit efficienter ad actus aliarum scientiarum: probatur consequentia; quia actus

aliarum scientiarum non sunt similes actui logicæ docentis, sed potius diversi; ut constat in hoc actu physico, homo est ens sensibile rationale, qui omnino distat ab isto actu logico docente, omnis definitio debet constare genere, et differentia: ergo actus aliarum scientiarum non producuntur effective ab habitu logicæ docentis. Vnde solum concurrit directive saltem mediate ad alias scientias quatenus inclinat ad actus logicæ docentis, qui dirigunt alios extraneos sine errore eliciendos.

Argues tamen contra primam conclusionem; actus scientifici aliarum scientiarum involvunt in se artificium logicum; sed reliquæ scientiæ non possunt illud causare: ergo logica illud causat efficienter. Respondetur concessa maiori, et minori, et negando consequentiam; quia licet verum sit, quod artificium logicum seu directio reperiatur in actibus aliarum scientiarum, siquidem habet conformitatem cum regulis logicæ, et illud non causetur ab ipsis actibus scientiarum; attamen id causatur a logica tantum directivo concursu; nec effectivo eget, ut causetur; nam eo ipso, quod actus aliquis v.g. eliciatur ab habitu proprio theologiæ directive instructus regulis, et præceptis logicæ, ponitur actus theologicus directus per artificium logicum; nec tamen logica illud causat efficienter, sed dirigit solum intellectum, ut simul cum habitu theologiæ actum theologicum producat instructum directione logicali.

Argues 2o contra 2am conclusionem; habitus Dialecticæ augetur per frequentationem actuum aliarum scientiarum v.g. Philosophiæ: ergo habitus logicæ efficienter concurrit ad actus Philosophiæ: consequentia est certa; quia habitus non augetur, nisi per eos actus, quos ipse producit; antecedens probatur; nam quando quis in materia Philosophiæ plures conficit syllogismos, adquirit se facilitatem conficiendi alios syllogismos in qualibet materia; sed hæc facilitas argumentandi provenit ex augmento habitus logicæ, mediis actibus Philosophiæ: ergo iste habitus augetur per actus Philosophiæ, et consequenter illos efficienter

efficienter producit.

Respondetur negando antecedens; ad probationem distinguitur maior; adquirit facilitatem conficiendi alios syllogismos in qualibet materia per actus Philosophiae, nego maiorem; per actus Logicae, concedo maiorem; et illa quae facilitas quam experimur in conficiendis syllogismis in materia Philosophiae non provenit ab actibus Philosophiae, sed ab actibus Logicae docentis, et dictantis modum conficiendi syllogismos; qui quidem actus praesupponuntur in nobis, et menti occurrunt, ut facillime syllogismos in qualibet scientia efformemus; ex quo solum infertur, quod hic habitus efficere possit actus Logicae docentis similes illis, a quibus generatur; non tamen, quod producere possit actus Philosophiae, nec augeatur per frequentationem illorum.

Argues insuper: cognitio bonitatis illationis, qua cognoscitur quomodo identificent extremitates cum medio, reperitur in syllogismis aliarum scientiarum, et illa necessaria est ut cognoscat rectitudinem argutionis; et paria dicendo indicant de cognitione rectae definitionis, divisionis, et conformitatis cum regulis Logicae, quae quidem concurrit ad cognoscendam rectitudinem definitionis, et divisionis in aliis scientiis; sed ore ipsis cognitiones, seu actus speculativi, licet proprii Logicae generant habitum speculativum proprium Logicae intra alias scientias: ergo iste habitus concurrit ad illas efficienter, siquidem producit actus similes illis actibus speculativis.

Respondetur, actus istos circa rectitudinem argutionis, definitionis, et divisionis repertos in aliis scientiis non esse proprios illarum, sed mutuatos a Logica: unde quomodo mirum generent habitum speculativum, qui quidem producat alios actus similes Logicae: itaque concessa maiore, et minori, negatur consequentia; nam talis habitus supponit iam factas argutiones, definitiones, et divisiones in qualibet scientia per regulas Logicae; et consequenter non concurrit efficienter ad alias scientias.

In fine animadvertes rationem, quare ab hac disputatione excludat Logica utens tam actualis, quam habitualis; ratio est, quia ut capite 1o premisi, tantum est Logica utens intra eandem materiam Logicæ; ideoque neque efficienter, neque directive concurrit ad alias scientias; siquidem nec habitus aliquid docet, nec producit actus aliarum scientiarum; nec habitus Logicæ utentis generat ab illis, nec habitus inclinat ad actus dirigentes; tantum enim intra propriam materiam Logicæ, inclinat ad actus, qui utuntur regulis Logicæ: solumque Logica utens actualis erit causa exemplaris respectu aliarum scientiarum, ad cuius similitudinem actus illarum possunt confici.

# Disputatio 4a quid sit obiectum materiale Logicæ?

## Caput 1m: quid sit obiectum in communi, et quotuplex stabilit.

Plures acceptiones habet obiectum desumpta ab verbo obiicio, sic hinc dicatur, quomodo vis, obiectum scientiæ in communi, ut in questione præsenti discutit, est illud, quod scientiæ obiicit considerandum, sive illud, quod scientia considerat, vel de quo scientia tractat: unde et ab aliquibus appellari solet subiectum, vel materia, non ex qua ipsum componit, sed circa quam scientia versatur, sicut materia circa quam versatur ars domificatoria, sunt lateres, calx, et ligna, in quibus formam domus Artifex inducit.

Duplex autem est obiectum scientiæ, aliud generale, aliud formale: materiale est illa res de qua scientia tractat; formale vero est ratio illa, quam in materiali obiecto scientia considerat. V. g. Medicina quæ habet pro obiecto materiali corpus humanum, et de illo tractat, in illo enim considerat sanitatem, quæ est obiectum formale: ubi adnotabis, plures scientias posse habere idem obiectum materiale, non tamen idem formale, sic

enim Medicus et Philosophus habent pro obiecto materiali corpus
humanum; caeterum in ipso considerat Philosophia naturam et
proprietates secundum se; et Medicina sanitatem corporis: qua-
re obiecta formalia utriusque scientiae is distincta, et non ... debent
differre inter se; quoniam obiectum formale est id quod quaelibet scientia ab
alia secernit.

Secundo bipartitur in obiectum primarium, et secunda-
rium, seu in obiectum per se, et obiectum per accidens; quorum quidem utrumque obiectum
potest esse adaequatum, vel inadaequatum: obiectum per se, et primarium est ill-
ud quod per se ipsum intendit scientia, et ad quod talis scientia ordinatur
per accidens, et secundarium est illud de quo scientia tractat non propter
ipsum; sed propter aliud obiectum: ut quando aeger, qui sanitatem deside-
rat, amat potionem insipidam, et amaram, potio ipsa est obiectum secundarium,
et per accidens, quia non amatur ab aegroto propter se; sed propter sanitatem,
quae est obiectum primarium, et per se, quia propter se amatur, et desideratur ab ill-
o.

Tertio dividitur in obiectum proximum, et remotum: proximum
est id quod immediate scientia considerat; remotum vero dicitur quod est
fundamentum illius rei, quae immediate attingitur a scientia: sic
se habet albedo, quae in pariete est; ipsa albedo est obiectum proxim-
um, quod scientia considerat; substantia autem parietis, quam non
videt, et in se tanquam in obiecto recipit albedinem, est obiectum rem-
otum.

Quarto dividitur obiectum in obiectum totale, seu aggregationis,
et in obiectum partiale: totale est totum id quod tractatur in scientia,
ita ut de nullo alio agat; partiale appellatur id, quod est pars
earum rerum, quas scientia considerat, ita ut praeter illam, alias pa-
rtes consideret: ut theologia agit de Deo, de virtutibus, de
vitiis, et Angelis, quod libertate hominis est obiectum partiale theologiae

Cæterum ex aggregatum ex illis partibus dicitur obiectum totale, seu aggregationis.

Quinto in obiectum attributum, et attributionis; obiectum attributionis est illud propter quod reliqua omnia tractant in scientia, idest ad perfectam notitiam illius tanquam finis ordinant omnia, de quibus scientia tractat, ipsum vero non ordinatur ad aliud: attributum dicitur esse quod in scientia tractatur propter obiectum attributionis; v.g. Deus est obiectum attributionis, quia omnia de quibus theologia tractat, ad perfectam notitiam de Deo ordinantur; omnia autem, quæ ad hunc finem ordinantur, sunt obiectum attributum theologiæ. Sed si sensus, et explicatio huius divisionis perpendatur, hæc divisio cum divisione in obiectum primarium, et secundarium, seu per se, et per accidens eadem omnino est; et sic placitum aliquorum Recentiorum censeat diversa.

Atque jam plurimi Recentiores existimant, obiectum totale sive aggregationis esse idem quod obiectum attributionis, et obiectum attributum esse obiectum partiale; pro qua sententia stant PP. Complutenses, Fonseca; his autem opponuntur PP. Gur., et P. Serpia, et merito; nam plura præmittunt, et considerant in scientia de quibus tractat, quæ antecedunt obiectum attributionis, et ordinantur ad illud; sed illa plura sunt obiectum aggregationis: ergo non sunt obiectum attributionis: insuper obiectum attributum est, quod in scientia tractatur, et scientia considerat propter aliud: obiectum autem partiale tantum est partes eorum, quæ scientia tractat.

Sic dicendum est contra alios, qui asserunt, obiectum attributionis esse illud, in cuius partibus, et proprietatibus indagandis scientia se exercet, male explicari; nam Dialectica se exercet in examinandis natura, et proprietatibus terminorum; nec tamen termini dicuntur obiectum attributionis Logicæ; et theologia agit de Angelis, et peccatis, quæ non sunt proprietates Dei; et tamen Deus est obiectum attributionis &c.

Tria igitur tandem animaduertes, quae tanquam conditiones vulgo assignari solent ad obiectum scientiae: primum, quod sit aliqua genitate unum, siue ea sit physica, siue moralis, ita ut ex illo, quaelibet scientia dicatur una: secundum, quod omnia eius particularia actus scientiae ad aliquem finem dirigant. tertium, quod per modum tendendi esse obiectum quasi finem distinguat scientiam à quacunque alia.

## Caput 2 esse obiectum materiale logicae multa DDm placita referunt et refellunt.

Inprimis inuestigamus in praesenti disputatione quae nam sit obiectum materiale Dialecticae, siue quae nam sit materia, in qua Dialectica formans modi sciendi conatur inducere: nam cum Dialectica sit scientia practica, quae docet modum sciendi, illumque respiciat, tanquam opus sibi proprium, necesse est indagemus materiam illius operis. De qua difficultate grauissime re praesente agitant Authores, ad fastidium usque, et sine utilitate, ego tamen breuitati consulens referam, et refellam sententias aliorum, ut facilior innotescat veritas nostrae sententiae.

Prima sententia ait, res ipsas esse obiectum materiale logicae: quae sententia nulla est, uidetur secundum se, et nudesumque ita adaequatur: nam certum est, non esse obiectum logicae, sed potius obiectum metaphysicae quae quidem tractat de ente, rerumque essentiis: si autem loquatur de rebus ut extrinsece denominatis ab actibus intus, quibus desio, diuisio, et arguatio, haec sententia ab aliquibus DDbus propugnatur, videlicet a Patre Hurtado disputatione 1a logicae sessione 1a, Patre Toleto quaest. 1a Oregniati, et Magistro Oña quaest. 1a arculoso, aliisque plurimis Authoribus.

Sed impugnatur contra haec sententia, quia illud est obiectum materiale logicae, quod est capax directionis, seu obiecti factibilis sed res non sunt capaces directionis: ergo non sunt obiectum materiale logicae: probatur minor, nam res, quae extrinsece denominantur ab actibus intus non possunt esse propriae desio, diuisio et arguatio formales; sed solum obiectum respectiua

ab ipsis actibus: ergo. Confirmatur nam Logica agit ipse de modo sciendi, sed res, quatenus est objecta desfinitionis, divisionis, et argumentationis, non est absolute modus sciendi; quia res non est oratio manifestans res ignotas, ut habetur ex Logico; neque explicat essentias rei, cujus potius ipse sint essentia, quae explicatur per illos actus: ergo res prout denominatae ab actibus intentionalibus non participant rationem objecti materialis per se logicae: secus autem dicendum si loquatur de objecto materiali remoto, siquidem tunc concessum esse, quod res sint objectum materiale remotum Logicae.

Secunda sententia Thomistarum asserentium ens rationis esse objectum materiale per se logicae, quae sententia omnino a veritate aberrat; siquidem Logica agit de ente ficto ab intellectu, cujus tota essentia est esse objective in intellectu: pro hac sententia stant, Veracrus quaestione 1a Proemiali, Araujo, et hii Carmelitani Complutenses, aliique quam plures moderiores Thomistae. Detegitur ergo eius falsitas, quia nemo dicit nullus actus considerat tale ens rationis ab intrinsecus, sed objectum materiale considerat Logica: ergo ens rationis non est illius objectum materiale; probatur major: si daretur aliquis actus, qui versaret esse ens rationis maxime eius definitio; sed haec solum spectat ad Logicam, quatenus est definitio formalis, et actus omnino verus, et realis: ergo ens rationis rationis fictum non est objectum materiale. Ceterum judico esse objectum remotum logicae, sicut et quodcunque aliud ens verum, et reale ex Proemio; quae quidem sententia immaterialiter quia objectum attributionis ad Metaphysicam spectat; est tamen quam objectum remotum ad Logicam.

Tertia sententia asserit solos actus intentionales, ut dirigibiles in forma, modum sciendi esse objectum per se materiale Logicae. Hanc sententiam tenent P. Suarez disputatione 1a Metaphysica sectione 1 et a numero 24, Oviedo controversia 2a Logicae, punctum 1 numero 7, Hurtado disputatione Proemiali quaestione 2a conclusione 1a, et plures alii: haec sententia, si ita fiat, actus intentionales esse objectum saltem inadaequatum per se Logicae ab omnibus Doctoribus admittitur

ast si de obto per se adequato loquendum sit, indicat omnino falsa, et ratio est, quia voces etiam sunt dirigibiles in forma modi sciendi; subeunt ergo rationem obti, sed tres inadequati materialis per se logicae, ut inferius probabo: ergo soli actus intrinseci non sunt adequatum obtum materiale.

Quarta sententia est Nominalium, qui voces solas esse obtum dialecticae dicebant; pro illa stant Alexander Afrodiseus, Gabriel, Gregorius, et alii Nominales, qui hoc nomine insigniti sunt, quia omnia referentur ad voces. Quae opinio, si de obto inadequato loquatur, verissima est, et a nobis defensanda venit: si autem voces constituant obtum adequatum, a veritate ablegandam est, nam logica de pluribus agit, quam voces non sunt, scilicet de modo sciendi mentali, aut perfectoria directione, quia voces sunt dirigibiles actus intrinseci: ergo voces non sunt adequatum obtum materiale.

Quinta sententia docet voces, et conceptus esse simul obtum adequatum per se materiale logicae; illam tenet Pater Joannes a Methia, ex possessione tenet in Rhetorice huius Provinciae Hadesingeniosissimi Magistri; et nos libenter in plurimum eorum vestigiis insistemus: haec est sententia praecipue, quae versant circa obtum adequatum materiale per se logicae: quale sit nostrum, iudicium sequentes conclusiones statim aperio.

Caput 3. nostra sententia proponitur, et probatur.

Cum detur in nobis triplex intrinseca operatio, nempe apprehensio, iudicium, et discursus, indubitatum est: ad cuius intelligentiam advertendum est, has tres operationes intrinsecas habere voces sibi correspondentes, nam apprehensioni simplici, quae est cognitio rei absque ulla affirmatione, vel negatione, correspondent termini, qui nihil

affirmant, aut negant: in dicto, seu propositione mentali, correspondet ipsa propositio mentalis; discursui vero, videlicet syllogismo mentali, discursus vocalis: insuper duplex apprehensio simplex potest considerari, alia complexa, ut actus iste mentalis animal rationale, qui in mente repraesentat praedicata essentialia hominis, et huic respondet terminus complexus vocalis animal rationale: alia incomplexa, quae repraesentat mentaliter terminum incomplexum vocalem, scilicet animal. His praeiactis, pro parte nostra mens aperienda constabit.

Assero 1o, actus indivisibiles et discursus, qui constituunt secundam, et tertiam operationem intellectus, esse obiectum per se, et primarium inadaequatum materiale logicae: probatur 1o, quia illud est obiectum materiale logicae, in quo vere, et proprie reperitur obiectum formale illius, videlicet artificium logicum, seu directio in formam modi sciendi; sed in conceptibus tam indicativis, quam discursivis, prout dirigibilibus, vere, et proprie reperitur artificium logicum, nempe forma argumentationis, et dispositio recta definitionis, et divisionis mentalis: ergo huiusmodi conceptus prout dirigibiles in formam modi sciendi sunt obiectum materiale inadaequatum logicae.

Probatur 2o, nam logica tradit regulas ad formandos tam actus indicativos, quam discursivos ad formandum videlicet syllogismos, definitiones, et divisiones: ergo tales actus sunt materia circa quam versatur logica: confirmatur, quia ab aliqua facultate debet assignari, cuius muneris proprium sit dirigere tales actus intellectus; sed nulla alia reperitur, quae dirigat, nisi logica: ergo logica habet pro obiecto materiali conceptus mentales, in quos intendat directiones: quis enim dubitet hoc dictamen mentale, ut intellectus eliciat bonas definitiones debet

illam dicere cum genere, et differentia, à nullo haberi posse nisi à Dialectica: ergo Dialectica intendit operationes intrus.

Arguo 2o;

apprehensio simplex complexa est obiectum materiale inadequatum ipse, et primarium Logicae: haec opinio defensat à P. Suares tomo 1o Methaphisicae disputatione 1a sectione 1a, de Arri disputatione 2a sectione 1a, de Ubi controversia 3a puncto 1o. Ratione probat; nam apprehensio complexa potest dirigi, et de facto dirigitur à regulis Logicae: ergo illa est obiectum materiale Logicae: probo ans, apprehensio complexa est definitio, halis, sed definitio halis dirigitur à Logica: ergo. Maior constat, siquidem apprehensio animal rationale est definitio mentalis, huic correspondent voces, quae formant definitionem vocalem constantes solum ex complexo animal rationale, qui quidem tractatu solum praedicant de hoie, quando illum definimus, et deinde formamus actum judicii: ergo illa apprehensio complexa habet logicum artificium proprium definitionis. Confirmatur; nam si propter aliquid non posset dirigi à Logica maxime, quia non esset capax erroris, sed haec apprehensio V.g. animal rationale sensibile admirativum habet errorem, quo definitio hois vitiosa evadit, ut pote ea bruque necessitate plus addit, quam requirit ad explicandum essentiam definiti: ergo ut recta evadat, debet dirigi, et ad formam modi sciendi potest Logica illam deducere.

Unde animadvertes, aliud esse, quod intrus apprehensionem in actu secundo nihil affirmet, vel neget, atque per consequens nequeat falli, aut errare in definitione, nam de hoc non est dubium: et aliud esse, quod intrus eliciat actum, qui in se non sit conformis regulis Logicae, ideoque egeat eius directione, itaque si intrus primo intuitu in actu 2o per affirmationem de hoie praedicet hanc complexam apprehensionem animal rationale, recte de illo praedicat, et affirmat, quia evadit in se directa per regulas Logicae: si autem affirmet hanc, animal rationale sensibile risibile male explicat essentiam hominis, quia vitium secum portat: ergo apprehensio complexa antequam in actu 2o

affirmet, vel neget de subiecto, in se habet suas rectitudines, vel errores: ergo capax directionis in se: licet sit verum, quod definitio non accipiat communiter de suam potestatem, sed quatenus operatur de suo definito, et est actus iudicii.

Assero 3o; apprehensio simplex incomplexa nullo modo est obiectum materiale per se, et primarium logicae; sed est obiectum per accidens, sive obiectum secundarium: probatur 1o; quia obiectum secundarium materiale logicae est illud de quo scientia tractat, non propter se ipsum, sed propter aliud obiectum, videlicet obiectum primarium, et per se; sed apprehensio simplex incomplexa tractatur a logica propter obiectum per se materiale, nempe propter modus sciendi ad directionem rectae definitionis, divisionis, et argumentationis: ergo tantum est obiectum materiale secundarium logicae. Confirmatur; quia termini incomplexi vocales tractantur a logica, ut conducentes ad reperiendos modos vocales sciendi tanquam partes illius, siquidem considerat logica, quinam termini apti sint ad argumentationem, an aequivoci, vel univoci, an communes, vel singulares: ergo simili modo possunt considerari a logica apprehensiones incomplexae, utpote mentales termini ad construendum modus sciendi mentales. Probatur 2o; quia logica speculativa potest versari circa apprehensiones incomplexas, quatenus conducunt ad notitiam syllogismi, licet in se non habeat aliquod artificium logicum, aut directionem: ergo apprehensiones incomplexae respectu obiecti materialis primarii, et per se est obiectum secundarium, et per accidens.

Assero 4o; voces ut dirigibiles in formam modi sciendi sunt obiectum inadaequatum materiale per se, et primarium logicae: probatur conclusio 1o; quia illud est obiectum materiale logicae, quod vere, et proprie est capax directionis logicae; sed voces sunt capaces ut dirigantur in forma definitionis, divisionis, et argumentationis: ergo vere, et proprie sunt obiectum materiale per se logicae: maior est certa; probatur minor; nam voces immediate contrahunt rationem communem definitionis, divisionis, et argumentationis, siquidem ratio communis definitionis utique contrahitur tam a vocibus, quam conceptibus: nam propria est definitio vocalis, quam mentalis:

ergo voces sunt capaces obiecti formalis, videlicet directionis: probatur hoc ans; nam istæ argutiones sunt rectæ; omnis definitio debet explicare essentiam rei; sed definitio mentalis est definitio: ergo debet explicare essentiam rei: simili modo omnis definitio debet explicare essentiam rei; sed definitio vocalis est definitio: ergo debet explicare essentiam rei; uterque syllogismus rectus est: ergo maior illa propositio universalis utrumque definitionis genus mentale videlicet, et vocale comprehendit; secus enim non posset deservire ad utrumque syllogismum: ergo.

Probatur 2o; quia logica multa præcepta tradit, quæ respiciunt voces: ergo istæ sunt obiectum proprium illius: probatur ans; quia omnes libri Elenchorum Aris. aut saltem maior pars illorum versantur circa vitia, et syllogismorum fallacias, quæ vitia propria sunt vocum; illisque præcipue competunt, v.g. quod terminus sit æquivocus, quod varietur appellatio, suppositio, aut status terminorum, quæ omnia occasionem dant erroris in vocibus; et ad detegendos errores vocales logica vocalis deseruit: ergo.

Confirmatur quia omnia, aut præcipua, quæ in summulis tractantur, sunt voces, ut quilibet constabit; de his enim potissimum agit, videlicet de termino de oratione, propositione vocali; unde admittit ab adversariis obiectum materiale summularum esse voces dirigendas in forma modi sciendi; tunc sic: sed summulæ sunt ipsa logica in compendium redacta; ideoque appellantur communiter parva logica, sive compendium logicæ: ergo logica habet pro obiecto materiali ipse voces ut dirigibiles.

Probatur 3o; nam aliqua scientia datur, quæ tractat per se de vocibus dirigendis in forma modi sciendi; hæc non est diversa a logica: ergo logica tractat per se de vocibus: probatur minor; nam dispositio vocum sine sollœcismo, et ad persuadendum pertinet ad Grammaticam, et ad Rethoricam: ergo ad illam dispositionem, et directionem per se inducendam, assignanda erit aliqua facultas,

hęc non alia nisi log.ª; nulla enim agit de modo sciendi, ut patet: ergo.

Confirmatur; si propter aliquam rationem logica non respiceret voces, ut obiectum per se; maxime quia logica salvatur, licet non existerent voces; sed hoc non obstat quominus voces sint obiectum per se logicę: ergo. probatur minor; nam licet obiectum alicuius scientię practicę non existat, non ideo defficit scientia practica circa illud; sic enim perexisteret in mente artificis ars fabrilis, licet omnia ligna abfuisset; sic etiam, si actus intellectus dirigibiles impotes redderent, maneret logica; quia manerent precepta, et regulę dirigentes illos quantum est ex se, in forma modi sciendi: ergo licet defficiant voces, et impotes redderent, quantum est ex se logica respiceret, ut obiectum per se voces; et si dicamus, in predicto casu, aliam futuram esse logicam ablatę, et non in ea extentione, qua de facto gaudet.

Hinc colliges 1.º indicium et discursum, et apprehensiones simplices complexas, ut dirigibiles, et voces, quę in forma definitionis, divisionis, et argumentationis dirigi possunt, esse obiectum materiale adęquatum per se, et primarium logicę, quod pletiam appellat, et obiectum attributionis; ratione, quia ad ea illa tamquam fines cętera omnia quę tractantur in logica, ordinantur. Colliges 2.º apprehensiones autem simplices incomplexas esse tantum obiectum per accidens, et secundarium, quod et obiectum atributum dicit; quia non tractantur per se, ratione logicę, sed propter attributionis obiectum; ut melius, et commodius percipiatur; unde tractat vocabulorum naturam, et proprietates, et rationem proportionum circa earum formam, et materiam, quantitatem et qualitatem, equipollentiam, conversiones, oppositiones, obiectum attributum, siquidem ordinantur ad melius efformandum rectum modum sciendi stricte sumptum, et licet logica tradat regulas ad disponendas propositiones, oppositiones, equipollentias, et cętera, ita ut sine illis possit intellectus errare; nihilominus tamen finis logicę est rectus et strictus modus sciendi, non propositio, oppositio, vel equipollentia.

Colliges 3o; obiectum totale, seu aggregationis esse omne id, quod continetur in obiecto atributo, et atributionis: quamlibet autem partem obiecti aggregationis esse obiectum partiale. Colliges 4; tam obiectum aggregationis, et partiale, quam obiectum adequatum atributionis, et atributum, esse obiectum proximum materiale logicae: res vero, ut extrinsece denominatas; sicut quodlibet totalitudem in se sive fictum, sive reale esse obiectum materiale remotum logicae; quod etiam dicendum iudico de scripturis, literis Sinarum, et notis Romanorum.

## Caput 4 ab obiectionibus indicant prima, et secunda assertio predicta.

Contra primam assertionem, in qua defendimus, actus iuditii, et discursus, prout dirigibiles in forma modi sciendi esse obiectum materiale per se logicae, sic insurgesto; actus, qui eliciuntur ab intus, vel sunt directi, vel indirecti; si directi, non egent directione logicae; si indirecti, non possunt dirigi; quia actus indirectus nequit mutari de indirecto ad directum: ergo logica non potest dirigere actus iuditii, et discursus in forma modi sciendi: ergo nulli actus intus possunt esse obiectum materiale per se logicae.

Respondeo, logicam non dirigere actus intus posquam producti iam sunt, auferendo ab istis indirectionem, aut inducendo directionem in illos; sed solum instruere intellectum, ut si producturus sit aliquem actum, illum iuxta regulas logicae eliciat absque errore, et indirectione: verum enim est, quod logica non potest inducere directionem in hunc actum mentalem indirectum: Vg homo est animal rugibile, qui semper, et necessario restat suum obiectum; neque illa potest auferre directionem ab isto, homo est animal rationale; cum ipse sit in se directus: caeterum sive licet hoc definire, ita instruit intellectum, ut non eliciat illum primum actum indirectum, et secundum actum actum eliciat etiam absque errore.

Unde in forma, omisso antecedenti, distinguo

coens; ergo loga non potest dirigere actus iuditi, et discursus, ins-
trumendo in tra, ut eliciat actu directos; nego conseq: non potest di-
rigere illos, per quas sit directivas, vel indirecti; concedo conseq: vel
alio modo distinguo; ergo loga non potest dirigere actus iuditi,
et discursus in se concedo conseq: in alio, et in causa; nego conseq.
intus enim dirigit, ne erret in eliciendis actibus: itaque hoc
argu(bus) si aliquod probat, contra omnes scientias, et artes pugnaret;
ars figuli ergo non deservit, ut anforas obliquas mutet in rec-
tas, neque ut det rectitudinem iis, quæ recte erant; deservit
vero, ut quando illas figulus efficit, non obliquas, et tortuo-
sas, sed rectas officiat.

Insurges 2o contra eandem conclusionem;
actus intus pertinet ad Philosophum animasticum, siquidem sunt
actus animæ: ergo non sunt obiectum materiale logicæ; antecedens est certum; consequentia
probatur; nam idem obiectum nequit esse commune duabus scientiis: ergo.
Confirmatur 1o nam ad Philosophum animasticum spectat tractare de
qualibet proprietate actuum intrinsecum, sed proprietas actuum intrinsecum est ut possit
dirigi: ergo spectant ad Philosophum, ut dirigibiles. Confirmatur 2o; nam multi
sunt syllogismi, qui attinent ad alias scientias, in quibus libet enim possunt effari
recti syllogismi: ergo actus discursus saltem non est obiectum materiale per se logicæ.

Respon-
deo, concesso antecedente, negando consequentiam; distinguendo que probationem illius; idem
obiectum formale; nequit esse de duabus scientiis, concedo antecedens: idem materiale; nego antecedens:
sic enim Medicus, et Philosophus habent pro obiecto materiali corpus huma-
num, licet ille sanitatem corporis consideret, iste vero naturam, et propri-
etates illius: sic actus intus a loga, et a scientia de anima conside-
rant; at ab una ut vitales qualitates, et ab altera, ut dirigibiles
in forma modi sciendi.

Ad primam confirmationem respondeo, concesa

mari, et minori distinguendo coens; spectant ad Philosophum ut dirigibiles directione speculatiua; concedo coans; directione practica, ut inducenda in actus; nego coans: ad scientiam animasticam spectat considerare proprietates actus; ad logicam autem pertinet inducere directionem in actus, et vitare omnes actus indirectas, et erroneos. Ad secundam confirmationem respondeo, distinguendo ans, multi syllogismi pertinent ad alias scientias, quatus dirigibiles sunt, nego ans: quatus involvunt materiam, de qua scientiae tractant, concedo ans.

Insurges 3o; definitio natura sua ordinatur ad demonstrationem, ergo demonstratio, siue actus discursius est tantummodo obiectum speciale logicae: probatur ans, nam definitio est pars argumentationis demonstratiuae; sed pars ordinatur ad totum; ergo definitio ordinatur ad demonstrationem. Confirmatur 1o, nam obiectum materiale attributionis scientiae est illud, quod est finis ultimus scientiae; sed sola argumentatio est finis ultimus logicae; ergo sola argumentatio est obiectum materiale illius: probatur minor, nam intellectus non quiescit in definitione, aut diuisione, sed in argumentatione omnino quiescit; siquidem illa comprehendit totum obiectum cognoscibile, et adaequat totam perfectionem nostri intellectus: ergo est finis ultimus scientiae. Confirmatur secundo; nam obiectum materiale logicae est modus sciendi, sed sola argumentatio est modus sciendi; ergo sola est obiectum per se materiale: probatur minor; nam scientia est conclusio evidens deducta ex principiis evidentibus; sed per solam argumentationem salvatur haec scientia: ergo sola argumentatio est modus sciendi.

Respondeo negando ans, ad probationem distinguo maiorem, est pars argumentationis natiua; nego maiorem: aliquando et per accidens, concedo maiorem; definitio ergo per se est dignoscitiua independenter ab argumentatione (ut dicendum est de diuisione) quantumuis enim argumentatio redderetur impossibilis, adhuc maneret complete constituta definitio ut talis; quod autem possit constituere syllogismum tanquam pars, per accidens

omnino e ad defi(niti)onem, nec ideo p(er) se erit obiectum attributum log(ic)ę, sed inadequatum obiectum attributionis.

Ad primam confirmationem respondeo, concessa maiori, negando minorem; nam quamvis simpliciter definitione, et divisione e finis ultimus log(ic)ę; ad probationem minoris dicendum est falsum eē, q(uo)d intellectus non quiescat in sola definitione, vel divisione alicuius rei: quiescit enim in principiis per se notis, et lumine naturę evidentibus ... in his defi(niti)o e clarior suo definito, et totum e maius sua parte: in argumentatione autem quiescit, q(uia) involvit totam perfectionem nostri intellectus, videlicet trinam operationem, in qua invenit totam rationem modi sciendi. Ad 2m confirmationem, concessa maiori, nego minorem; distinguo maiorem probationis; scientia discursiva e conclusio evidens deducta ex principiis evidentibus, concedo maiorem; scientia non discursiva, nego maiorem: ita scientia, quam intendit logicus sumit non solum pro conclusione evidenti habita per premissas, sed etiam pro cognitione evidenti non habita per premissas, quę cognitio scientifica reperitur etiam in definitione, et divisione.

Insurges contra nostram 2m assertionem, quę propugnat, apprehensionem simplicem complexam eē obiectum materiale p(er) se log(ic)ę: finis log(ic)ę e corrigere vitia, et errores intellectus; sed apprehensio complexa non e capax erroris: ergo non e capax directionis log(ic)ę: et consequenter non e obiectum materiale illius. Probatur minor; quia quantumvis apprehendatur aliquis definitio hominis, v(erbi) g(ratia) animal rationale, adhuc e indiferens ad illam affirmandam, vel negandam de homine; ergo talis apprehensio non e capax erroris. Confirmatur, nam scientia practica talis e, ut ea ablata, et positis manente artifex ad errandum; sed ablata logica, non potest intellectus errare sola apprehensione: ergo.

Respondeo concedendo maiorem et negando minorem; nam si intellectus intendat facere definitionem aliquam, nihil affirmando, vel negando de definito, et ita formet definitionem ens rationale, cum

ens non sit genus immediatum, et infima, quale requirit ad definitionem, errat aperte in apprehensione, quod non coniungit genus tale cum differentia, unde illa apprehensio erradit, et ita ut ab probationem, minor probatur, quod licet non affirmet, vel neget, tale definitio de sic apprehensionem, quod quidem sic iudicium, alias nam ipsa apprehensio illa materiale, et dirigibilis a logica, independenter a iuditio, siquidem potuit evadere cum errore.

Ad confirmationem nego etiam minorem syllogismi; sola enim apprehensione, ablata omni logica, intrinsecus errori magis est expositus, et ut clarius percipias, demus casum, in quo intus apprehendat hoc, ut equum, et deinde converat intus ad formandum hoc iuditium, homo est equus; tunc ille error iuditii non provenit ex iuditio, quod iam praecesit in apprehensione, quod ab illa orit error iuditii, quod absque logica intrinsecus maneret errori expositus, et eo enim praeceptis logica egeret, ut recta apprehensione eliceret.

## Caput 5. posterior assertio solutione argumentorum comprobatur.

Insurges, 1º adversus nostram assertionem propugnantes, voces esse obiectum adaequatum materiale praesertim; qui perfecte cognosceret sic Pr. Ius, et Petrus, modum serendi fratres, et obiectum, nihil cogitans, aut sciens de vocabulis, esset perfectus logicus, penetrare totam logicam: quod absque vocibus potest salvari adaequata logica. Confirmatur 1º, nam in Mundo dari perfecta logica, et de facto dari in Deo, et in Angelis, in quibus non reperiuntur voces, quod ipsae non spectant ad obiectum materiale logicae. Confirmatur 2º, nam si non essent, redderent voces, adhuc perciperent praecepta logicae et actus intrinsecus: quod logicae praecepta independentia a vocibus.

Respondetur negando assertionem enim, sed esset imperfectus logicus, qui absque vocibus cognosceret modum serendi obiectum, et non penetraret totam logicam secundum illam extentionem, quam modo habet, et quam habere

constituunt, talis Logicae firmatio nihil probat. Deus enim et Angeli habent perfectissimam Logicam, et adaequatam; atque etiam habent regulas directionis actuum internorum, et vocum humanarum quoad regulas necessarias ad actus quoscumque eliciendos tam mentales, quam vocales; licet enim non utantur vocibus (idem dic de muto) quia ut aliquis subiectum habeat adaequatam et perfectam Logicam, non requiritur quod habeat potestatem ad loquendum; nec inde infertur, quod Logica non habeat pro obiecto materiali voces.

Ad confirmationem nullam; nam distinguo antecedens: Logica praecepta ad hunc pertinentia et circa actus internos, omnia praecepta Logicae, nego antecedens; aliqua praecepta, concedo antecedens. Tunc enim deficerent absolute regulae circa voces versantes, nec per se periret tota Logica absolute; unde casu quo, omnes voces cuiuscumque idiomatis essent impossibiles, perseverarent tantummodo circa actus internos illa praecepta, quae versantur circa illos, et pro illis praecise, quae traditae.

Insurges hic: etiam si regulae Logicae traderent solum pro actibus internis, sufficienter dirigerent voces: ergo actus interni sunt obiectum per se Logicae, non vero voces: probatur antecedens, nam si interni nullam accepissent regulas ignorare, et dirigere circa voces, sed solum circa conceptus directionem. Probatur, quia omnis definitio mentalis debet constare genere, et differentia in qua nulla fit mentio vocum, ipse internus assequeretur [illegible], et paritate rationis sunt veritate; etiam definitio vocalis debet constare genere et differentia: ergo Logica immediate tantum versatur circa actus internos, et non circa voces.

Sed retorqueo argumentum in ipsos adversarios: si regulae Logicae solum traderent immediate et directe pro vocibus, et non pro conceptibus, adhuc isti sufficienter dirigerent, posita directione vocum: ergo actus interni non sunt obiectum materiale Logicae: insuper si regulae Logicae solum traderent pro uno syllogismo mentali, manerent ex paritate rationis omnes alii syllogismi mentales directi: ergo non omnes syllogismi mentales sunt obiectum materiale Logicae: solvant igitur argumentum sibi qui

nobis adeo debile opponunt.

Respondet 2° implicare, quod omnes regulae logicae tradantur pro solis actibus intellectus, et non extendantur ad voces; cum enim sint regulae pro modo sciendi abstrahente a mentalibus et vocalibus significatione, implicat quod non se extendant ad omnia inferiora, videlicet ad modos sciendi mentales et vocales, sicut repugnat quod definitio animalis in communi se extendant extendant extendant ad hoc, et non ad equum: unde negatur antecedens argumenti, et eius probatio, nam non dirigerent voces sufficienter, imo nec conceptus manerent directi, siquidem illae regulae pro conceptibus tantum traditae non essent.

Insurges 7°, voces etiam ut directae in formam modi sciendi spectant ad Grammaticam, et non dialecticam; probatur antecedens: voces ut directae nihil aliud sunt quam voces significantes res, quas mente concipimus; sed hae ratione sunt obiectum Grammaticae, ad quam spectat vertere in latinam linguam quod mente concipimus, ergo. Confirmatur: si volumus efformare syllogismum vocalem latinum, quem mente habemus, non alia directione egemus, quam scire linguam latinam: ergo voces ut directae ad Grammaticam spectant.

Respondet distinguendo antecedens, voces ut directae in formam modi sciendi obiectum Grammaticae ratione directionis Grammaticalis sine solecismo, concedo antecedens: ratione directionis logicae nego antecedens; ad probationem antecedentis distinguitur sicut propositio maior, quod idem contingit in Rhetorica, quae dirigit voces ad persuadendum cum ornatu, licet Grammatica dirigat illas ad loquendum sine solecismo.

Ad confirmationem, possumus enim efformare syllogismum vocalem sine attentione ad praecepta logicae, qua ratione dicere Grammaticus illum efformat, sicut versa hispana in latina vertit; ceterum efformare illum cum attentione ad regulas logicae, spectat ad logicum, quae obiectum logicae dirigit in formam modi sciendi: itaque praeter scire linguam latinam egemus notitia regularum logicae pro directione vocum, ut efformemus syllogismum vocalem directum

# Disputatio 2.a quodnam sit obiectum formale logicae? Caput 1 nostrum iudicium fert.

Exposito iam obiecto materiali ipsius logicae, postulat modo rectus doctrinae ordo, ut obiectum formale illius inquiramus: rogamus ergo, quaenam sit forma illa, quam logica, utpote scientia practica, intendit inducere in suum obiectum materiale, et ratione cuius logica differt a qualibet alia scientia: ad cuius decisionem, tres variorum sententias exponam.

Prima sententia Comistarum, quae asserit, obiectum formale logicae esse ens rationis fictum: haec sententia satis superque a nobis defusa est, dum de obiecto materiali disputatione praecedenti capite 2.o egimus; nec denuo pro suis chaymeris excubeat, quando ipsi, quas in obiectum materiale, et formale logicae conantur intrudere, aliquid addidere alicuius momenti; quia rectitudo, quam logica intendit in suos actus, est aliquid reale, non fictum. Secunda sententia asserat, logicam habere pro obiecto formali ipsos actus internos, et propter illos tanquam proprios fines, tractare de rebus ut obiecto materiali: ita Pater Franciscus Alfonsus disputatione Proemiali sectione 4.a numero 90, et alii recentiores relati a [illegible]: sed haec sententia nulla est quia disputatione praecedenti statui, et probavi, actus internos esse obiectum materiale; res vero tantum esse obiectum remotum: actus enim internos sunt capaces recipiendi in se artificium logicum modi sciendi, ad quem illi ordinantur. Tertia sententia, quam ingeniosi, et docti PP. propugnant, asserit obiectum formale logicae esse directionem actuum internorum, et eorum informationem modi sciendi, quae verissima nobis visa est.

Sed priusquam eam [illegible] iudicium ferat, est illa, ad notandum, duplicem directionem reperiri; aliam activam, aliam passivam sive formalem: directio activa est ipsamet regula logicae, quae dictat modum conficiendi definitionem, divisionem, et argumentationem: v.g. sic haec regula definitio debet constare genere, et differentia, habet directionem activam, quia dirigit ad conficiendas rectas definitiones; directio passiva est rectitudo

illam, quam habet in se actus elicitus conformiter ad regulam, quae praescribit modum, quo modo efficiendus sit; unde haec definitio homo est animal rationale habet directionem passivam, sive practicam, quae elicita conformiter ad regulas praedefinitionibus conficiendis.

Haec autem directio passiva dupliciter considerari potest: primo aliquos respectus, videlicet per ordinem ad regulam dirigentem, et per ordinem ad obiectum, quod actus respicit; unde hic actus equus est animal hinnibile potest dici directus, loquendo de conformitate cum obiecto, quatenus explicat essentiam equi per genus, et differentiam, respectu quarum praedicata animal hinnibile, quae sunt integra essentia equi: secundo potest dici directus, quod provenit ex regula dirigente illum, ut recta definitio evadat.

Adnotabis primo, actus practicos logicae tendere in directionem, quatenus conantur illam inducere in obiectum materiale, et ad id regulas tradunt, ut intellectus instruatur ad eliciendum sine errore suos actus; speculativos vero tendere in directionem, illam contemplando, ut iam in actus introductam. Adnotabis secundo, directionem activam, quae est ipsamet regula logicae dirigens intellectum, non esse obiectum formale logicae saltem practicae, quia regula est ipsamet logica practica, quae si haberet pro obiecto formali regulam, seipsam haberet pro obiecto: deinde super logica non intendit absolute, quod obiectum suum materiale sit actus directivus, sed quod sit directus: ergo solo directio passiva est obiectum formale illius.

Adnotabis tertio difficultatem versari de directione passiva, quae sit conformitas actus cum regula dirigente; nam de directione passiva, quae sit conformitas actus cum obiecto, certum est apud nos logicam non agere; tantum enim intendit formam illam artificiosam recti modi sciendi, media regula dirigente, ex qua evadit quilibet actus directus per conformitatem cum illa; non tamen intendit, quod obiectum ita sit, ut respicitur ab actu; secus enim logica haberet pro obiecto formali veritatem; nam conformitas actus

cum obto in oibus fere se tenentia e veritas actus, qd tamen longe a veritate deviat; imo videtur impossibile, logam intendere veritatem in aliquibus actibus, v.g. in isto dicto homo e aial rationale, qd e homo, qd sit aial rationale; nam hic actus non dicit, qd obtum ita sit, ut repraesentat ab actu, licet vere sit directus per conformitatem cum regula dirigente: ergo hanc solum loga intendit: caeterum contingere potest, ut aliqui actus, qui conformantur cum regula, conformentur etiam materiae, et per accidens cum obto; ut hic actus, equus e aial hinnibile, qui dicit conformitatem cum regula hac defio debet constare genere, et differentia; dicit etiam materialiter, et per accidens conformitatem cum obto, explicando genus, et differentiam tota essentia equi.

His praesuppositis: directio passiva, quam in se habent actus interni et voces in forma modi sciendi stricte sumpti, e obtum formale adaequatum pro logica; ita sentio, et probo; nam illud e obtum formale alicuius scientiae, qd tamquam formam intendit talis scientia inducere in suum obtum materiale, seu materiam de qua agit; sed forma, quam intendit loga inducere in actus internos et voces e directio passiva in forma modi sciendi: ergo haec e eius obtum formale: maior e certa, probatur minor; nam haec regula defio debet esse clarior suo definito, respicit, et repraesentat in actibus internis, et vocibus futuram esse claritatem in defione, quae formaliter ipsissima directio passiva per conformitatem cum regula: ergo directio haec e obtum formale logae. Confirmatur; nam iste actus speculativus defio e oratio explicans essentiam rei contemplatur tamquam obtum formale defiones omnes, ut directas, et ut conformes cum regulis logae; sed talis actus e proprius logae: ergo loga habet pro obto formali directionem.

Sed advertas obsecro, cum hanc directionem passivam versari logam non solum per praecepta positiva; ut hoc dictamen, et praeceptum, divisio debet distribuere totum in suas partes, et alia similia praecepta, quae dictant modum, quo obtum debet esse; sed etiam per praecepta negativa,

quę præscribunt modum, quo obtus debet non fieri; talia sunt, syllogismus non debet constare quatuor terminis: definitio non debet convenire aliis à definito; quę præcepta negativa respiciunt formaliter ipsam negationem vitii, et defectus in obto logicę; sicut in qualibet alia scientia, sic in oratione grammaticali negatio solecismi spectat ad directionem, et rectitudinem, quę à Grammatica respicitur; sic in Methaphysico, quę considerat ens rationis fictitium, ut melius entitas entis veri et realis patefiat: nec video, quo iure contendat Probi contra 2a Prop. puncto 1o paragrapho 70 logicę præcepta negativa versari et positiva actuum in directione tanquam suum obtum formale.

Quia propterea tenendum est 1o, eiusmodi præcepta respicere indirectionem tanquam terminum excludendum ab actibus directis, respicere autem ipsam directionem, ut obtum formale, ad ad illam ordinent; nam qui dat regulas, ut actus non evadat indirectus, intendit nos avertere ab indirectione, et suadere directionem, ut directus evadat in forma modi sciendi: unde licet hęc præcepta negativa habeant pro obto materiali actus ipsos indirectos, attamen non respiciunt illos sub ratione indirectionis, quam logica intendat in actibus; sed sub ratione directionis ut inducendam in alijs actibus, qui ex vi præcepti unius negativi, et alterius positivi evadant directi.

Tenendum est 2o contra ipsum Oviedo, formalis indirectio contra regulas logicę non est obiectum neque inadæquatum formale logicę: probatur probatur probatur probatur probatur probatur id, solum est obtum formale alicuius scientię practicę, quod scientia efficere intendit; sed logica non intendit efficere indirectionem: ergo indirectio nequit esse obtum formale ipsius logicę. Confirmatur 1o; eatenus logica considerat rectitudinem in actibus, quatenus illam vitare contendit, sed id quod respicit vitandum non est obtum formale alicuius facultatis; ergo neque indirectio est obtum formale

Dialecticae; probatur minor, nam maior est certa: ars fabrilis, quae minime habet pro obiecto torturam in ligno, sed artificiosum opus impedientem eam. Confirmatur 2o, quia syllogismus constans propositionibus contradictoriis non consequitur per regulas logicae; neque etiam logica intendit efficiendum: ergo syllogismus indirectus non includit in se obiectum formale logicae; neque haec respicit indirectionem, sed pre

caput 2 obiectiones diluit, et reliqua conficit

Contra veritatem doctrinae traditae nobis traditae, quae obiectionum repulsa amplius roborabit, sic obiicies 2o; directio passiva actuum internus, et vocum est directio recepta in ipsis actibus, et vocibus; sed directionem iam receptam nequit logica de novo introducere: ergo logica, ut pote scientia practica, quae versatur circa directionem inducendam in actus, et voces, nequit versari circa directionem passivam illorum.

Respondeo, quod duplex genus actuum logicam versari circa directionem passivam illorum; nempe per actus practicos, et per actus speculativos: per practicos enim considerat directionem ut inducendam in actus internos, et voces: per speculativos vero eam considerat, ut iam introductam; unde ad obiectionem stat solutio, distinguendo maiorem; directio passiva est directio recepta, vel recipienda in actibus, concedo maiorem; est directio tantum recepta, nego maiorem; unde minorem concedo, negatione consequentiae, quae nulla est.

Obiicies 2o;

si logica haberet directionem passivam pro formali obiecto, attingeret etiam, ut obiectum formale seipsam; hoc est absurdum: ergo: probatur illatio; nam logica attingeret actus, ut directos, et conformes regulis logicae; sed attingere illos ut directos, et conformes regulis logicae, est attingere logicam ipsam, tanquam terminum, cui conformantur actus: ergo logica attingeret seipsam, ut obiectum. Confirmatur; nam actus directus, ut directus, et regula dirigens sunt correlativa; sed unum relativum nequit intelligi sine alio, ut terminus, sicut pater, ut talis nequit

intelligi; quasi intelligat filius: quod attingere actus directos, et conformes regulis, est attingere necessario ipsas logicas, tanquam regulas, cui conformant actus directi.

Respondent distinguendo maiorem si logica attingeret etiam ut obiectum formale se ipsam materialiter, concedo maiorem; si in materiali, nego maiorem: itaque directio, quam attingit logica, ut obiectum formale, est conformitas actuum cum regulis logicae; in hoc concessum inveniuntur tanquam ipsa logica docens, quae mediate attingit seipsam attingendo actus respicientes logicam; hic autem respectus magis alicuius rei ad seipsam non est rationem, imo communis omnibus entibus correlativis: Quenit se in materiali ad filium, et materiale ad seipsum, scilicet mediante filio, quia adl[illegible] dicit respectum: unde predicta distinctio applicari debet ad confirmationis consequens, concessa maiori, et minori illius.

Ex dictis in hoc capite, et tertio praecedentis disputationis infertur, quale sit obiectum formale adaequatum per attributionis: sola directio passiva, quae reperitur in actibus intellectus, et vocibus informativam modi sciendi stricte sumpti, videlicet respectu definitionis, divisionis, et argumentationis est obiectum formale attributionis logicae, quia ad talem directionem tanquam finem reliquae directiones, imo indirectiones ordinantur.

Infertur etiam indirectionem, et directionem passivam actuum intellectus, et vocum esse modum sciendi, et ceteras illius partes, proprietates, operationes, conversionem et cetera esse tantum obiectum formale per accidens, seu attributionis logicae, quia logica non versatur circa illorum directionem propter illa, sed propter obiectum formale attributionis.

Ulterius infertur, obiectum adaequatum aggregationis formale coalescere ex directione, et indirectione passiva, quod quidem desiderium unitatem aggregationis, non unitatem formali, aut specifica: quaelibet autem pars huius obiecti aggregationis dicitur obiectum formale partiale.

Demum infertur, ob ea ista obiecta, si alia esse obiectum formale proximum logicae, actus vero ipsi intus (licet renuant adversarii) spectant ad obiectum formale remotum logicae; res vero, et ens rationis fictum, valde remotum esse.

Sed in fine dubitabis, utrum caetera omnia, quae tradunt a logica, et non pertinent ullo modo ad modum sciendi, ut tractatus de ente rationis, distintione universalibus praedicamentis, et caetera, sint obiectum materiale, vel formale logicae. ad quod respondendum est non participare illa de ratione neque obiecti formalis, neque materialis; quia in ipsis solum agitur de rebus secundum se; res autem secundum se non spectant ad logicam considerationem, nec in illis reperitur directio, aut indirectio: nec Aristoteles alio consilio illa inseruit logicae nisi, ut essent materia circa quam logicus se exerceret, et ratiocinaret: quare ad summum erunt obiectum materiale attributum logicae remotum, et attributum formale remotissimum.

Hic solet disputari, an directio passiva, quae est conformitas actus cum regula dirigente sit intrinseca, vel extrinseca actibus directis, cum autem fere eadem ipsius circa veritatem actuum semel, atque iterum esset evolvenda, si hic de illa ageremus, consulto in opportuniorem locum rejicimus disputandam eisdem fere principiis, et argumentis ne eadem bis repetere nostri auditores cogant.

## Tractatus secundus logicae de iis, quae spectant ad directionem primae operationis intellectus, videlicet apprehentionis.

Praecipuus huius tractatus finis de iis, quae conducunt ad directionem primae operationis intellectus nempe apprehentionis a nobis intenditur, nec aliud habebit ad operationes nostri intellectus, quas discerendas in libris Perihermeneias penitius perscrutabimur, et disertius

tanquam obiectum precipuum Logice satis superque sanciuimus, in tractatu tenebris ignorantiae caliget: huius apprehensionis, quae non aliud, quam simplex rei conceptio nihil affirmans, vel negans de talire, obiectum frequentius naturae communes, atque universales; ideoque in hoc tractatu naturam, et universales et pendimus, nec non distinctionem, ens rationis praeuie indagamus, quorum notitia, licet ex Methaphysica mutuata ad praedicabilia, et praedicamenta aditum sternimus: illud tamen simul vobis spondeo, me quantum claritatis ratio permittat, breuitati totum committere.

Disputatio 1a ens rationis, ipsiusque essentia, causae et proprietates indagant.

Caput 1 dari ens rationis pro comperto habet.

Ut multiplices acceptiones entis rationis, quas P. Vallius parte 1a Prologo quaestione 2a capite 1o congessit, consulto omittam, triplicem acceptionem praecipuam istius ens rationis Sanctus Thomas opusculo 48 tractatu 2 capite 1o explicavit; et communiter a Doctoribus admittit: accipit primo pro ente rationis effectiuo; quod cum hoc nomen ratio significet intellectum, quia ratio appellari consueuit, effectiue ab intellectu producit ad intellectum pertinet; sub qua acceptione quaelibet actus intellectus, seu conceptus mentis entia rationis effectiua dicunt.
2o accipit pro ente rationis subiectiuo, quod in intellectu recipit, seu subiectat, tales secundae intentiones, habitus intellectuales, species intentionales, quae in nostro intellectu recipiunt.

Tertio accipit pro ente rationis obiectiuo, quod denique obiicit, siue praesentatur intellectui, etiam si sit ens verum, et reale, siue impossibile, praeterea obiectum intellectus, dicit ens rationis obiectiuum, quod vocari solet ens rationis logicum, et hac ratione Petrus cognitus ab intellectu est ens rationis obiectiuum, quia est obiectum actus intellectus tendentis in ipsum: ubi obserua, posse omnino eundem actum intellectus esse ens rationis effectiuum quatenus ab intellectu efficit, subiectiuum, quatenus in intellectu subiectat, obiectiuum denique

si det alia cognitio reflexa, quae istum actum pro obiecto habeat.

Ex isto autem rationis entis obiectivo alia species entis rationis deducitur, quod nullum aliunde esse habet neque existens nec possibile, nisi ex obiecto intrinseco, quod vocari solet ens rationis metaphisicum: talis est chymera, quam solemus fingere, quando apprehendimus hominem aeternum esse, senem, Deum esse equum, et alia huiusmodi implicantia et chymericha: in hac ergo acceptione loquimur in praesenti, rogamusque, an detur huiusmodi ens rationis obiectivum, quod nullum aliunde esse habeat, praeter quam esse intentionale, seu obiectivum, resultans ab intrinseco: et ut quancunque ambiguitatem excludamus, non accipimus in rigore verbum dari, ut significet veram, et realem existentiam, cum ex dictis constet, ens rationis esse possibili; sed loquimur de illa quasi existentia impropria, quae illi ab intrinseco tribuitur.

Et licet in re adeo penuria versemur, ut de re nequeat, sed de sola voce digladiari; atque hoc sanctissimum, celeberrimumque fuit apud omnes Scholasticos ad haecusque tempora, et genus, et nomen entis, quod dixere rationis, et ipsa nutrix experientia non solum etiam Rusticorum ad illius existentiam defensandam nos deducat, ut Doctor Arr. recte animadvertit disputatione 1a. Metha., sectione 2a. subsectione 1a.; attamen ex antiquioribus Philosophis rationis entia negavisse dicant, atque referunt Carleton disputatione 3 logicae sectione 1a. Gabriel Mirandulanus, Nandunus, et Valletius: sed mihi omnino videntur alegari mortui testes.

Veterum enim stylus, atque loquendi formulae adeo abolitae, sive desuetudine, sive genio, sive ingenio malueris, ut venerationem potius, quam lucem, aut notitiam aliquam utilem queant ingenerare. Sed quidquid sit de praefatorum relatorum autorum mente, cum nuperis atque Doctoribus nobis confligendum est; nisi, et ipsi ambiguitate et involucris verborum difficultates obtegere, atque subterfugere conentur, quod humanum est, et vulgare.

Itaque ex nuperrimo prelo prodiit P. Spinola qui disputatione talogg con-
tenditentis raonis essentiam, quam nec dum ad vivum rece cauisse videtur, fun-
ditus resecare, illiusque nges ab Scholarum atrio detrudere: autoritatisque
inducit nonnullos Italos Magistros, quos ipse se vidisse testatur; fides sit pe-
nes autores, qui consequenti nostris sugillandus aptatur.

Nunc autem dari
ens raonis obtivum, ut supra manet expositum, pro comperto habeo; et haud
difficile demonstratur; quia cognoscit intus plura, quae solam habent existen-
tiam obtivam, cum in se sint impossibilia; sed haec sunt, et dicuntur entia raonis: ergo
dantur entia raonis: maior probatur ex dictis, nam solum loquimur de ente qua-
tus precise est obiective cognitum, nec prout cognosci habet aliud esse; sed quatus
est obiective cognitum habet existentiam obtivam: ergo.

Confirmatur primo nam quan-
do quis apprehendit risibilitatem convenientem equo, format actum
circa aliquid impossibile, quale est equus est risibilis; si sit quando apprehendit
negationes tanquam vera, et positiva entia; sed omnia haec impossibilia solum
representant, et obiiciunt intellectui: ergo sunt entia raonis obtiva. Con-
firmatur 2o a experientia; nam quotidie plura confingimus in dispu-
tationibus, videlicet casus impossibiles, hominem identificari cum equo, chy-
meram existere, ad eam probandam veritatem alicuius conclusionis; un-
de ait Cicero quarto de finibus, licet aliquid fingere docendi causa: ergo.

Probatur
deinde a quoto hoc dilemate, et insolubili, quo supra citatus Aor sic argu-
mentatur: quando adversarii negant dari ens raonis obtivum, vel intellig-
unt, quod negant, vel non intelligunt; si non intelligunt non est habenda
ratio suae sententiae, nec de illa curandum; nam non intelligunt, quod negant:
si vero intelligunt, ergo iam apprehendunt ens raonis obtivum, quod nos asse-
rimus a priori; patet cons; quia nisi apprehenderent tale ens non possent ne-
gare, dari eiusmodi ens, siquidem nihil potest affirmari, aut negari

de subiecto, quod non apprehendit; sed eo ipso quod apprehendant tale ens exis-
tit obiective in potentia intellectiva; ergo nequivit negare dari ens rationis obiectivum,
quod expresse docuit Philosophus sexto Methaphisicae textu se-
cundo ubi ait; ens est duplex unum reale, aliud in mente,

in nihil dest intellige ens rationis, rationis rationis rationis

## Caput 2 praecipua pro relata Patris Spinola oppinione argumenta.

Arrisit haec oppinio Patris Spinola quidam Recensiori, qui et eandem avidus arripuit, et ia ab ineunte Philosophia se pro eadem extetive testet: haec igitur oppinio asserit ens rationis non dari, id est non posse effici ab intellectu. Primo arguitur; ens rationis dicitur esse, cuius totum suum esse est esse obiective in intellectu; sed nihil potest assignari cui haec definitio conveniat; ergo et nihil est, quod iure dici possit ens rationis: constat consequentia, maiore certa; probatur minor; si posset aliquid definitionis assignari definitum, maxime esset ens impossibile, quando cognoscitur, quod a communi sententia dicitur ens rationis; sed ens impossibile licet cognoscatur non potest assignari pro definito; quia praeter cognosci habet ens impossibile cognitum aliud esse, nempe repugnantiam, et impossibilitatem suorum praedicatorum inter se: ergo et caetera. Hoc argumentum a quibusdam visum est adversario, sed quam futile sit, ex solutionum expositione aperte constabit.

Secundo arguitur, ens rationis obiectivum vel potest realiter existere vel non? si primum; ergo praeter cognosci habet aliud esse nempe reale: si secundum; ergo praeter cognosci habet aliud esse scilicet impossibile: homo enim equus impossibile est, etsi a nullo prorsus intellectu impossibile esse cognoscatur. Tertio arguitur, cognoscentis rationis quod dicitur cognitio sola? minime; quia illa esse realis, et ponere cognosci, sed tantum est cognoscere, seu forma cognoscendi: si autem est aliquid extra cognitionem; ergo extra cognitionem habet aliquod esse; contra quod nequit esse ens rationis, quod nullum esse habere potest extra cognitionem. Confirmatur si ens rationis non haberet esse praeter cognosci, essent omnino idem inter se duo haec entia rationis Pegasus equus,

Deus ẽ equus, q̃ in raone cogniti non distinguunt, et utriusque adequata essentia erit raō cogniti. Qd si sine restrictione dixeris idem ẽẽ dicere Omne equum, atq. Deus ẽ equus, asserit[ionem] desentior, et ad fidei Censores deferendam, ffro Cherus.

Omitto alia arguta, quę precipue in Thomistas intorquent, q. illis pene nostris impetit, si qua enim dere, sicut super re institui potest disputatio, ea maxime instituet contra sententiam constituentem essentiam entis raonis in ente impoli cognito; cętera autem vocabria, et inania.

Cęterum quicunque utimur loc arguto premisso didicisse potuissent ex Santo Toma la parte quęst. 3 arulo 4 ad 2um, posse dupliciter accipi ẽẽ, et id vi verbi et in vi copulę: 1o modo denotat existentiam rei, ut Dẽ, idẽ existit: secundo autem denotat identitatem prędicati cum subiecto in propositione, ut Pẽ aial, idẽ indentificat aial cum petro. Hoc prenotato, inane omnino relinquit 1m argutum, qd sic ostendo.

Quando in definitione entis raonis apponitur cuius totum ẽẽ ẽ obtiue ẽẽ in intru, idem est ac si diceret, cuius tota existentia ẽ cognosci: at ens impole cognitum ẽ ens raonis: patet cda, q. ens impole nullam aliam habere potest existentiam, ut ex ipi dens q. impole enim ẽ illud cui realis existentia repugnat. Qd autem antem definitionis ex totiosi se habeat, constat manifeste ex oium Authorum illam usurpantium consensu: oẽs enim (uno vel altero Rm excepto) supponunt impoli competere suam impossibilitatem sine aliquo respectu ad cognem; cęterum omnino dependere ab illo, a quo impossibilitas attingit, efficit, et existit: quare cum dicunt ens raonis ẽẽ cuius totum ẽẽ sit obtiue ẽẽ in intru, sine dubio non de essentia, sed de existentia locunt: itaq. distinguenda maior arguti; ens raonis ẽ cuius totum ẽẽ sit etc. cętera quoad suam existentiam p

Jcedo maiorem quoad suam impossibilitatem; nego maiorem: eadem dis-
tinctio applicari potest minori probationis, vel sic; ens impossibile nequit
assignari pro definito, in ratione obiecti repugnantis praecise; concedo maiorem; in ratio-
ne obiecti cogniti: nego maiorem.

Opponit 1o Recentior, hanc ex potiore admitti non posse; quia cum ens rationis sit obiective in intellectu, illius existentia debet etiam esse obiective in intellectu; atqui cognitio entis impossibilis non est obiective in intellectu, cum cognosceret, sed esset subiective in intellectu, cum in illo reciperetur: ergo cognitio entis impossibilis non potest esse existentia entis rationis obiectivi; de quo tantum in praesenti lis est.

Respondeo 1o, paritatem non esse, quod existentia entis rationis sit obiective in intellectu, et ens ipsum rationis obiective dicatur esse in intellectu, sive sit obiectum intellectus: ratio est, quia existentia entis rationis non est ens rationis, sicut albedo parietis non est paries albus, neque cognitio parietis est paries cognitus: ergo non ex eo, quod ens rationis sit obiective in intellectu, infertur, quod etiam illius existentia, videlicet cognitio sit obiective in intellectu: tantum enim subiectatur cognitio in illo. 2o poterat etiam esse obiective in intellectu existentia entis rationis, scilicet per aliam cognitionem reflexam, qua ea cognitio entis impossibilis attingeretur. Sed nota bis, licet cognitio entis impossibilis sit realis, atque existentia entis rationis non est realis, sed metaphorice tantum: unde quamvis existentia realis identificetur cum essentia reali, ac proinde aequa sit utriusque ratio; ceterum ex inde inferendum non est, ut constat ex dictis, idem esse dicendum de essentia, et existentia entis rationis inter se collatis.

Opponit 2o idem Recentior, ens mere possibile cognitum esset ens rationis, quia tale ens nullam tunc, et nunc existentiam habet praeter cognosci, et obiective esse in intellectu. Reiore sic obiectio priore; et omnino inutiliter contendit, ens mere possibile cognitum aequale esse enti impossibili cognito in ratione existendi. Disparitas est manifesta; quia possibile potest habere existentiam realem, at impossibile

tantum abest, ut habeat existentiam realem, vel possit habere, quod potius ex formalissima sua, et essentiali ratione existentiae reali repugnet. Et licet hic, et nunc neutrum ens habeat aliam existentiam praeter cognitionem actualem, ex inde infert, utrumque eque esse ens rationis, rationem enim, quod non est ens rationis id quod nullam actualem realem existentiam habet praeter cognitionem, sed id quod neque habeat, neque possit habere illam praeter cognitionem. unde gillo verba desitionis, cuius totum existentia est cognosci, non solum dicunt actualem existentiam in intra, sed aptitudinem ad illam, ut prima regula in summulis pro desitionibus extra dita praescribit, co ergo excludunt aliam existentiam realem actualem, imo aptitudinem ad illam. Instatur hic ideo ens mere possibile cognitum negat esse ens rationis, quia si id quod modo est mere possibile, postea producatur vel ponatur in re, habebit aliquam existentiam omnino a cognitione distinctam; sed etiam ens impossibile, si poneretur in re, haberet suam existentiam qualem, qualem a cognitione distinctam: ergo vel utrumque, vel neutrum ex illis entibus erit dicendum ens rationis.

Respondeo distinguendo maiorem: haberet ens impossibile existentiam implicatoriam, et destructivam sui, vel melius non existentiam, concedo maiorem; haberet existentiam, quae talis posset appellari, nego maiorem: si enim ens impossibile ponatur in re, simul sibi coexistent illius existentia, et ipsius existentiae negatio, et verificaretur utrumque contradictorium, nempe quod existat in re, et non existat: existentiam autem, et ipsius negationem sibi coexistentes, quis non videat destructiones sui ipsarum, atque in rerum natura extinctiones potius esse appellandas.

Ex dictis manifeste solvuntur secundum, et tertium argumentum: ad secundum negabis, ens rationis praeter cognosci habere aliud

72 v.

ee nempe verum, et falle, sed concedes tamen habere aliud ee, nempe impole, quod si sic distingues, haberet aliud ee prae cognosci quoad existentiam entis raonis, nego ants: quoad impossibilitatem illius vel repugnantiam, concedo ants: quae distinctio applicanda, et prae oculis habenda ad similes alias propositiones: itaque prae cognosci, et existere in intellectu ens raonis habet aliquod ee impole, quod in raone impossibilis non constituit per cognem, neque pendet ab illa, ut sit impole, pendet tamen ab illa, ut in raone obti adequate constituatur existens. Ad tertium respondet distinguendo coens, ens raonis ex cognem habet aliquod ee, quoad existentiam entis raonis, nego coam: quoad impossibilitatem, et repugnantiam morum, ut loquuntur, concedo coam: vel dices, in raone obti cogniti nego coam: in raone obti repugnantis praecise, concedo coam.

Caput 3. Urgentior adhuc oppositae sententiae impugnatio.

Evidens, ni fallor, in praecedenti capite communis partis adversariorum vires, et conatus eluci, ea sola suppositione, quod in definitione entis raonis, per ee pro existentia, non pro essentia, ut ipsi praesupponebant, sit accipiendum, sed demus arguendi gratia, ens raonis nullam habiturum ee essentiam, prae cognosci praecise, adhuc tamen ostendo, vel ipsos etiam adversarios admissuros entia raonis.

Arguo 1o sic, urgendo praecedens dilemma capite 1o propositae sententiae allatum: rogo igitur; sententia negativa vel procedit scientifice, id est sciendo, quod negat, atque subtum de quo illud negat, vel non: et hoc 2o non respondebunt adversarii, aliogui Chachi... venient impugnandi, dum ipsi fateantur, se negare quod nesciunt se tueri quod ignorant, more dormientium, aut potius a se se abrentium: primum ergo respondebunt: tunc sic: ergo quando ipsi affirmant hanc propositionem, ens cuius totum ee sit ee obive in intellectu repugnat...

sciunt subti, de quo repugnantias enuntiant; patet cons. ex la parte dilemmatis concessa; sed ipsi ipsi illud subtivum esse quod nullum esse habeat praeter cognosci ipsis ex parte subti illius propositionis cognoscunt id, quod nullum esse habeat praeter cognosci: patet evidenter sequela; quia ipsi ipsi in illa propositione affirmant repugnantias de illo, quod nullum esse habeat praeter cognosci; sed ex parte subti cognoscunt id, de quo affirmant repugnantias: ergo ex parte subti cognoscunt id, quod nullum esse habeat praeter cognosci. Pergo ulterius; ipsi docent necessarium esse, et sufficere ad efficiendum ens rationis cognoscere id, quod nullum esse habeat praeter cognosci: sed ipsi dum in sua conclusione, ut probatum est, cognoscunt id, quod nullum esse habeat praeter cognosci, in sua ipsorum conclusione, qua ens rationis negant, ens rationis formant.

Ad argumentum, ut firmius evadat, quaedam doctrina est nobis notanda; verum enim est, quod ad enuntiandum accidentale praedicatum de subto, necesse non sit cognoscere quidditatem subti, sed duntaxat illius habitudinem, ad praedicatum, v.g. homo est albus; in qua propositione, ut esset enuntiationis sciat qui enuntiat, hominem esse album, necesse non est, cognoscat ex parte subti hominem esse animal rationale; quia ille poterat esse albus, etsi animal rationale non esset. At in praedicationibus essentialibus illa subti notio, adeo est necessaria, ut sciendo te dicere verum, dicere non possis homo est animal nisi ex parte subti cognoscas essentialem habitudinem, ad identitatem essentialem: tunc sic; ergo qui sciens se dicere verum, efformat illam propositionem, ens cuius totum esse sit obiective esse in intellectu, repugnat, ex parte subti sit, et attingit illius repugnantiam cum possibilitate, siquidem est praedicatio essentialis, ut constat: et consequenter scit et attingit essentialem habitudinem praedicato subti, in qua essentialis illa repugnantia consistit.

Arguo 2°; ex parte subti illius propositionis, quando illa

prius fert, dat aliquid in intra obtive; quia aliquid obiicit intrui per voces illas constituentes subtum illius propositionis, illi generis voces doctrinaliter signant; sed id obtum aliud esse non potest, nisi quod voces ipsae repraesentant; et quod repraesentant est, quod praeter cognosci aliud esse non habet, ut ipsi adversarii contendunt: ergo quod per illas voces obiicit intrui ex parte subiecti id, quod praeter cognosci aliud esse non habet.

Dices, ex parte subiecti illius propositionis tantum dari in intra apprehensio complexa formalis conceptum ens cuius obtum est sit obtive esse in intra. Sed contra, illa apprehensio, vel est sui ipsius obtum, vel non; si hoc 2m; assigna, quodnam sit illius apprehensionis obtum, si illud, quod ego contendo, obtum non est: si autem primum, appertissime falleris, quia in illa propositione gratus repugnat affirmat de illo, quod affert ex parte subiecti, seu non affirmat de ipsa apprehensione constituente subtum propositionis, alioquin esset falsa propositio, nam affirmafit repugnantia de apprehensione tali, et quae minime potest repugnare: ergo de alio affirmat repugnantia in illa propositione: quodnam ergo est illud obtum, nisi quod ego assigno?

Atque ergo in hac propositione Petrus equus existit realiter enuntiat realis existentia de Petro equo: ergo illa nullum habet esse ut repraesentat praeter esse obtive in intra, et coerd et ipsi adversarii concessuri sunt, ut concedunt, per illam propositionem fieri ens rationis: antecedens constat, quia ideo illa propositio est falsa, et impossibilis, quia realem existentiam affirmat de Petro equo, cui realis existentia repugnat: probatur consequentia, quia existentia Petri equi, ut per illam propositionem enuntiat, nullum habet esse secundum se, quia ut per illam propositionem enuntiat, est realis, cuius nullum realitatis esse illa habeat, vel possit habere: ergo.

Dices, existentia Petri equi est impossibilis ut evidens est: ergo praeter enuntiari habet aliud esse. Sed contra, quia licet illa existentia secundum se sit im-

polis, et chymerica, at ut p illas propositiones enuntiat, neque chymerica, neque impossibile: patet aperte, quia p illas propositiones existentia ipsa enuntiatur esse realis: quod ut p illas propositiones enuntiat impossibilis non est, licet in se impossibilis sit: quod ut p illas propositiones enuntiat existentiam Petri, nullus habet esse praeter enuntiari, et cognosci: si enim praeter enuntiari et cognosci haberet aliud esse, ita illa esset secundum se realis, quia haberet esse ratione, qua habere enuntiat: ergo. Plura alia possent inveniri, et urgeri huic dere argumenta contra in sententiam; sed premissa tantum pro presenti instituto ad notas esse sufficerat: ne omnino inbelle est aliud argutum, a desidibus videlicet ingeniis videri intrusam hanc sententiam, ut effugiant multa implexas, et ancipitis iudicii questiones, que metaphisica ingenia deducunt, et urgent, et admissa entis rationis, qualis, quod partibus ens rationis constet, realibus an chymericis? a quo nascitur? fiatne illud p actus veros, vel potius falsos requirat? quodnam illud constitutivum sit? a quorum enodatione, si effugiant, effugiunt potius, quam veritatem, quae civisse dicent.

## Caput 4 aliis argutis obviabit, quae coit obiici solent.

Opponens 1o, ens rationis non est cognoscibile, cognoscibilitas enim est passio solius entis realis: ergo ens rationis nullo modo cognoscit; patet consequentia, quia quod non est cognoscibile, sed pure fictum, et impossibile, nequit habere cognoscibilitatem realem, sicut quod non est amabile, nequit amari realiter. Confirmatur 1o, id quod in actu 2o cognoscit, praesupponit cognoscibile in actu 1o; sed ens rationis antequam cognoscat in actu 2o non est cognoscibile in actu 1o, cum nullum esse habeat antequam cognoscatur: ergo. Confirmatur 2o, quia obiectum adequatum nostri intellectus est ens reale: ergo ens rationis nequit cognosci ab intellectu; alioqui hic extenderet ad aliquid extra suum adequatum obiectum.

Respondet duplices dari cognoscibilitates ex parte obiecti, unam veram, et propriam, et haec est passio solius entis realis, et cum illo identificata: alteram vero improprias, et fictitiam, et haec convenit enti rationis; sic distinguo antecedens: cognoscibilitas realis est passio solius entis realis, concedo antecedens: cognoscibilitas fictitia, nego antecedens: itaque cognoscibilitas haec duplex obiectiva talis est, quale est ens quod cognoscit, nec ab eo distinguitur, unde cognoscibilitas obiectiva entis rationis non distinguitur ab ipso impossibili, quod cognoscit. Ad primam confirmationem dicendum est, ens rationis esse cognoscibile in actu primo, quia habet meram non repugnantiam, ut intellectus cognoscat illud, verum et in actu 2o. Ad 2am confirmationem negatur antecedens, nam obiectum adequatum nostri intellectus est non solum ens verum, et reale, sed etiam rationis, et fictitium; alioquin non possemus cognoscere negationes, et privationes, nec apprehendere obiecta impossibilia.

Oppones 2o: si ens rationis esset obiectum intellectus, hic diceret respectum realem transcendentalem ad illud; consequens enim potentia dicit respectum realem transcendentalem sive ordinem ad suum obiectum, sed intellectus non dicit eiusmodi respectum realem, alioquin diceret ordinem realem ad terminum non realem, quod implicat: ergo. Confirmatur 1o, si ens rationis cognosceret, illud deberet realiter cognoscibile, hoc nequit dici: ergo. Confirmatur 2o; ens reale nequit dependere ab ente rationis; sed si ens rationis cognosceret, cognitio realis dependeret ab ente rationis, quia esset essentialis repraesentatio illius obiecti impossibilis: ergo nequit cognosci ens rationis.

Respondeo concessa maiori, negando minorem, nam non est inconveniens, quod respectus aliquis realis feratur ad terminum non realem, ab illo sumat suam perfectionem extrinsece, et in ratione terminantis, ut videre est in actibus quibus intellectus cognoscit privationes, et negationes, qui cum sint qualitates substantiae, repraesentationes vitales earum negationum, dicunt ad illas respectum transcenden-

tale, habentia suum esse positivum in ordine ad illud, e negativum in e contra.

Ad 2m confirmationem distinguo majorem: illud esset realiter cognitive, idest cognoscibilitate reale activam, concedo majorem; cognoscibilitate realem passivam nego majorem: illud quod ens cognosceret cognoscibilitate reale activa, videret cognitione, non cognoscibilitate reale passiva, qua sine separaret ens rationis, solum enim habet in se cognoscibilitatem passivam fictitiam, et chymericam. Ad 3m distinguo majorem: ens reale nequit dependere ab ente rationis a priori concedo majorem; nequit pendere a posteriori, et in e contra, nego majorem: licet quod cognitio utpote ens reale, quae cognoscit ens rationis, non possit stare, quin respiciat illud; attamen non respicit illud, ut causam sui, sed tanquam astrum.

Oppones 3o: si daretur ens rationis, concedendae essent duae contradictoriae simul verae; videlicet istae, ens rationis est ens rationis, quae est vera, quia identica; et non ens rationis est ens rationis, quae etiam est vera, quia negatio entis rationis de qua loquitur propositio, cognita ut verum ens, et positivum est etiam ens rationis, ut patet: ergo.

Respondeo, si ipsa particula non sumatur negative ita ut cadat supra copulam, illas propositiones esse contradictorias, et primam esse veram; secundam vero falsam, quia efficeret hunc sensum, ens rationis non est ens rationis; ceterum hae propositiones non sunt contradictoriae, quia utraque est affirmativa, et simul verae; et non sunt eius de eodem; secunda igitur dicit, negatio entis rationis est ens rationis, ut ex ipsa obiectione constat, ecce affirmativa, et vera, neque de eodem subiecto; nam prima loquitur de ente rationis; secunda autem de negatione entis rationis, ut vera ens, quae ut constat, sunt diversa subiecta, in his propositionibus Praeeg-

nescit, negatio Petri cognoscit, quae propter eundem defectum non sunt contradictoriae.

Instabis opponens axioma Philosophorum, nihil est in intellectu, quod prius non fuerit in sensu; sed ens rationis non est prius in sensibus, nec a sensibus percipitur, cum tale ens non detur a parte rei: ergo non potest esse in intellectu, seu cognoscibile illo. Respondeo illud axioma sic exponendum, videlicet, quod intellectus nihil cognoscat, cuius aliquod simile non perceperit sensus corporeus; non tamen, quod illud idem, quod intellectus cognoscit, percipiat prius a sensibus; cum nos cognoscamus Angelos, et entia spiritualia, negationes item, ac privationes, quae tamen non cadunt sub oculos, aut sensus corporeos: semper enim quando cognoscimus ista obiecta spiritualia, aut negativa, cognoscimus ea ad similitudinem, et modum entium corporeorum, et positivorum, quae visu, et sensibus reliquis percipimus: ergo sic possumus cognoscere ens rationis.

## Disputatio 2 quid constituat essentiam entis rationis? Caput 1, exposita definitione, celebris doctorum sententias recenset, et refutat.

Ens rationis obiectivum, quod Metaphysicae, de quo capite praecedentis disputationis egi, sic communiter definitur ab omnibus fere Philosophis cum Averroe libro 5 Metaphysicae commento: est cuius totum suum esse est obiective esse in intellectu; ideo quod nullum aliud esse habet, nisi obiici, et repraesentari intellectui: pro cuius definitionis expositione, notandum est, verba illa, ut capite 2 annotavi, cuius totum suum esse, pro existentia non pro essentia debere sumi; et reddi[illegible] quid videamus, sic efficaciter persuadeo: primo a paritate entis rationis; nam ens reale explicatur per ordinem ad realem existentiam, unde sic communiter definitur, ens reale est illud, cui non repugnat existere a parte rei: ergo sic ens rationis definietur per ordinem ad existentiam, quam habere potest, videlicet intentionalem: consequentia haec legitima est; nam de ente rationis nobis philosophan

duse ea proportione, qua de ente reali in iis, que eius natura, ac essentia permittit. Secundo, nam hoc quod est esse obiectum intellectus, seu precise obiici intellectui, est praedicatum commune tam enti reali, quam rationis, utrumque enim potest esse obiectum intellectus: ergo hoc precise quod est esse obiectum intellectus, non salvat essentiam entis rationis: ergo per aliud praedicatum differentiale ens rationis constituit in esse existentiae.

Sed ut hanc existentiam, quam intellectus communicat enti rationis recte percalleas, observa, fidelis Arrifon tomo 2 Methaphisicae libro 50 capite septimo, quae ebservas, existentiam actualem esse duplicem, aliam realem, et phisicam, aliam vero intentionalem et obliquam: per realem existentiam res vere, et proprie dicuntur existere independenter ab intellectu in rerum natura; ut Petrus existentia vero intentionalem non dicuntur absolute existere, sed solum improprie et per methaphoram: sic ergo existentia intentionalis datur, quando intellectus attingit obiecta, quae non aliter existunt, aut existere possunt, nisi in intellectu, quatenus sunt obiectum cognitionis, ut est ens impossibile, quando representative existit in cognitione.

His praeiactis, inquirimus quid constituat adequate ens rationis, vel quod nam sit praedicatum constitutivum illius? innumeras fere sententias de entis rationis constitutivo: prima, quam adoptavit Patres in hac Provintia Boetica, et praecipue Magister Granado, Pater Hero, Gemma, et alius, et celebritates sibi arrogabit: docet igitur essentiam entis rationis sitam esse in concreto ex cognitione, et obiecto impossibili: hoc autem concretum diversimode a suis Authoribus explicatur, et intelligitur: alii enim dicunt constitui ens rationis per concretum quidditativum, alii vero per concretum denominativum.

Est autem apud illos concretum quidditativum illud, quod affert aeque primo, et in recto essentialiter subiectum, et formam, unde sic explicatur hoc concretum obiectum cognitum, id est obiectum, et cognitio ipsius: concretum autem denominativum est illud, quod affert solum in recto essentialiter obiectum et

in obliquo, ac minus principaliter cognitum, explicatur quod hoc modo obiectum cognitum, id est obiectum terminans, quod est connotans actualem cognitionem: sic inquiunt utriusque concreti assertores. Tertio Certus cognitus est ens rationis, quod a parte rei non habet esse, sed ex obiectum praecise in trus, unde est ens medium inter ens reale, et ens pure nihil, quod omnino requiritur ad essentiam entis rationis.

Displicet tamen et sententia in genere, quae est obiectiue in intru esse obiectum intrus, sed cognitio non est obiectum intrus: ergo concretum cognitum secundum totum quod dicit, non habet esse obiectiue in intru. Rursus specialem autem ad singula concreta decendo, et primo quidem contra concretum quidditativum sic insurgo: hoc nomen ens rationis signat id est formaliter et parte obiecti ac necessario esse impossibile cognitum: sed tales voces signant et parte obiecti ipsum concretum accidentale, scilicet obiectum impossibile, et cognitionem quae denominat ens rationis: ergo hoc nomen ens rationis non signat concretum quidditativum.

Confirmatur, quia definitionem entis rationis non definit praecise impossibile secundum se, illud autem sic definit, ex quo involuit duo contradictoria vel illud quod potest esse simul et non esse: ergo impossibile ut ens rationis definit, aliquid aliud dicit praeter impossibile secundum se, nempe cognitionem quae sit forma accidentalis, qua et istat in mente.

Secundo insurgo contra concretum denominativum, in cuius fautoribus ego considero: aiunt enim fere omnes, ens rationis consistere in hoc concreto, adhuc tamen solum obiectum impossibile esse de essentia illius, non vero cognitionem, hanc enim merum connotatum extrinsecum: sed ni fallor, in contradictione dicit, ergo enim ita concretum quidditativum quam denominativum affert tanquam partes essentiales sui subiectum et formam; hoc igitur sonat tria concreta, quae hoc solo discriminantur de subiecto penes modum diversum signandi, quod concretum quidditativum affert in nominandi casu utramque partem; denominativum vero,

denominativum vero, unam in recto, et alteram in obliquo; as tex parte obti nulla ratione differunt; cum quo stat optime, quod quelibet propositio affirmativa, ut sit vera, solum requirat, quod det identitas inter id, quod affert in recto a p[rae]dicato, et subiecto; non vero inter ea, quae afferunt ab illis in obliquo; ut patet in hac propositione Petrus est albus; quia licet praedicatum afferat in obliquo albedinem, cum qua Petrus non identificat, identificat tamen Petrus cum habente, quod affert in recto; ceterum concretum denominativum non e praecise habens, quod affert in recto, sed illud simul cum obliquo videlicet albedine, tanquam parte essentiali.

Nunc autem ad punctum difficultatis; probo non posse consistere ens rationis in hoc concreto denominativo; cognitio affert secundum adversarios a parte rationis, ut terminus quidam extrinsecus in ordine ad quem essentia entis rationis explicat; sed ex ente, et termino extrinseco in ordine ad quem explicat, non resultat concretum denominativum: ergo neque ex obiecto impossibili et cognitione resultat tale concretum: probat minor; nam ad concretum denominativum non sufficit afferre quomodocunque aliquid in obliquo; sed necesse est, quod obliquum illud concipiat per modum formae facientis unum totum cum recto, sine quo nequeat intelligi, nec compleri, aut perficit tale concretum: hoc autem non reperit quando aliquid affert, ut terminus extrinsecus in ordine ad quem aliud explicat, tunc enim non concipit ille terminus, ut informans, et complens entitatem a qua respicit; sed potius haec entitas iam in se constituta terminat ad terminum extrinsecum, ad quem explicat: unde cognitio, cum sit mere terminus extrinsecus in ordine ad quem explicat, et concipit essentia entis rationis, nequit ea cognitio facere concretum denominativum cum ente impossibili; nec essentia entis rationis per tale concretum potest constitui.

## caput 2 superstites DDm oppiniones eliminant

Secunda sententia docet, quamcumque denominationem extrinsecam esse talis ens raonis: ad cuius intelligentiam adnotabis, debere accipi pro hac denominatione quodam concreto quoddam, seu complexo coalescente ex subto, et forma posita; ut denominatio cogniti respectu Petri, quae dicit subtum videlicet Petrum simul cum forma nempe cogne: est autem duplex denominatio; alia est intrinseca, alia extrinseca, intrinseca est, quae provenit subto a forma illi intrinseca, talis est denominatio cognentis respectu intus; quae quidem provenit intus a cogne illi intrinsece inherente; et explicat sic intelligens id est habens intellectionem: at vero denominatio extrinseca est concretum afferens subtum, et formam subto extrinsecam, id est non illi intrinsece unitam; hac ratione, quod paries sit visus, est denominatio extrinseca, quae provenit parieti a visione tamquam a forma sibi extrinseca; et explicat sic, paries visus, id est paries terminans actualem visionem: de hoc genere ergo denominationum extrincarum loquitur predicta sententia, non de intrinsecis denominationibus; nemo enim quem sciam, has esse entia raonis, asseveravit.

Hanc sententiam autumant PP Vasquez 1a parte disputatione 114 cap 3 et [illegible] advertit quaestio unica de predicamento relationis, et plures Tomistae; sed mea videri, ut bene notat P Arriaga disputatione 6a Methaphysicae sese [illegible] Authores non accipiendi in 3a deceptione entis raonis a nobis [illegible] proposita; nam in hac tertia acceptione nequit veritas eius stare; nam plures denominationes extrincecae, quae omnino sunt entia realia, ut parietem esse visum, hoc esse vestitum: ergo non quaevis denominatio extrinseca est ens raonis, siquidem tota sua essentia existit obiective in intellectu.

Propter eandem rationem manet exclusa tertia sententia, quae docet solam denominationem extri-

seca cognitie ẽe ens raonis; unde, qd homo sit species, aial denominet genus et ista ẽentia raonis; bicet obtus, qd cognoscis, sit qd reale: itaque docet in denominatione generis respectu aialis, qd dat cognitiore aliis terminata ad aial tanquam obtm verum, et reale, et non fictitium, et impole.

Quarta sententia defendit, essentiam entis raonis consistere in entitate metha forica, quæ obtm simpli cognito præbet, et ob intra in genere causæ efficientis producit, quando quis intra apprehendit, hoim ẽe leones, asserunt hujus sententiæ fautores, obta eius apprehentionis non est hoim verus, et reale, sed aliud hoim fictitium: si vero sit idem, qui de facto dat, et leo verus, et realis, debere intellectus intencedere aliquas uniones fictas, non reales, in qua essentia sit consistat ens raonis; huic sententiæ fabent Egidius de praesentatione tractatu lo de beatitudine libro sic q. 6 articulo 9 paragrafo 10, et Carmelitani Complutenses disputatione 2a quaest. 2a.

Sed hæc opp. immerito reiicit, quia intra sive est cognitum, nihil rebus tribuere potest; sed illa entitas metha forica resultans in obto aliqd præt ẽe cognitum; ergo illa negat per ostario intra: minor probat; supponere, et existentes qd præ habent ẽe cognitum, quin in illis producti illa entitas; ergo aliud præt ẽe cognitum, sed non pure intentionale; ergo aliud reale independent ab intra. Confirmat, quia si resultaret illa entitas, ab aliqua causa reali produceret, sed non nisi media aliqua actione reali; ergo illa entitas ẽ vera, et realis: probat major, nã intellectus non fingit illas causas, aut actiones; ergo a causa reali, non metha forice provenirent; ergo esset entitas vera, et realis; ergo quidaret virtus effectiva realis obti non realis, quod est absurdum.

Quinta sententia cuius dat Abris constituit ens raonis in sola cognitione fin-

gerere quasi obtum impole, vel partialiter illud constituant: hic opinandi modus a nulla parte ea suffragium accepit: impugnatur facile, quia cognoscens fingens non habet totum suum esse obtive in intellectu, sed habet esse verum et reale, nec minus convenit et una sit ens reale cum alio, quia sunt ens raonis cum vero ente, siquidem non minus participant raonem entis cognitio cognoscens, quam cognitio cognoscens circo se habent, sed una e ens reale: ergo et altera.

Sexta sententia tuetur, essentiam entis raonis sitam esse in obto quodlibet impoli, quod de se potest obiici cogni: Authores huius sententiae dicunt constituere ens raonis in obto ficto; quare quando quis apprehendit hoc terrequibile, ens raonis consistit in illo obo impoli, quod resultat ex coniunctione duorum praedicatorum realium hominis, et irrisibilis; et potens se determinare actualem cogne; unde cognitio omnino excludit ab essentia entis raonis. Pro hac sententia stant Dr Fons libro 5 Methaphisicae, cap. 10 quaestione 5 sectione 5 [illegible]. Suares tomo 2o Methaphisicae disputatione 54 sectione 1a. Pater Vasques 1a parte disputatione 105 cap. 3o et tertia parte disputatione 110 cap. 10. Pater Hurtado disputatione Methaphisicae sectione 1a. Haec sententia magis nobis arridet prae omnibus aliis: quomodo autem nobis defendenda veniat cap. sequenti exponamus.

## Caput 3 Nostra, et vera sententia de constitutione entis raonis.

Ad totius quaestionis definitionem aliqua praemittenda duxi: primum obtum impole dupliciter sumi potest; primo ut est impole, et repugnans praecise: sicque non est fictum, quia illud prius est cognitione impole, et habet suum esse, et existere, qualecunque sit: secundo potest sumi, ut impole cum ordine ad cognem, et sic nullum esse, et existere habet, praeterquam posse cognosci; quod fiet ens fictum sufficienter distinguit ob obto reali, et obto impoli non ficto, obtoque pure nihil; de hoc loquimur in praesenti, unde praecisa cognitione obtum impole, ut in se, sine ullo respectu, non posse fieri ens raonis, pro comperto iudico: praecisa vero cognitione obtum impole

ut imp[ossi]b[i]le terminans cogn[itio]nis, n[ecessa]rio fieri.

Secundus sit, verba in definitione exposita entis rationis non ita rigorose debent accipi, ut actus, sed aptitudine dicant, ut in supra adnotavimus circa commune prologium, verba in definitione, et caetera. Tertius sit, diversa e[ss]e ista duo, non potest habere aliam existentiam, non potest habere aliam existentiam ens rationis, nisi intentionalem, et petit habere actualem existentiam intentionalem, quae diversa in qua, ex eo quod potest unus esse verus dari sine alio. Primus ex definitione entis rationis colligit, secundus vero gratis dicit. sicut loquendo de essentia entis realis, diversum est dicere: illud non potest habere existentiam, simpliciter, sed realem, ac dicere, ens reale petit habere actualem existentiam realem; hoc enim secundum est falsum, inente mere possibili; primum vero verum est, sicut etiam diversum est, ac verum dicere, ignis petit comburere applicatum, ac dicere, ignis petit semper esse applicatus, quod est omnino falsum: sicut est in ente rationis procedendum est.

Ulterius diversa sunt ista duo, ens rationis est illud, quod si existat solum existet, ut cognitum ab intra, ac dicere, ens rationis est illud, cuius essentia est existere actualiter, ut cognitum ab intra: prima enim propositio repraesentat existentiam, quae convenit enti rationis, si forte illud existiturum sit, quod tamen ipsum ex se non petit, sicut ne petit ens reale. Secunda propositio falso enuntiat, existentiam intentionalem esse de essentia entis rationis, hoc enim non petit actu esse cognitum, sed petit existere per existentiam intentionalem impropriam, non realem, si aliquando existiturum sit.

Ex praedictis, ad veronigit: essentia entis rationis adaequate consistit in solo obiecto impossibili, quod dicit respectum ad cognitionem, quae illum terminare potest, tamquam ultra se extrinsecum illius. Duplicem partem claudit haec nostra assertio: primam affirmantem, essentiam entis rationis adaequate consistere in solo obiecto impossibili respiciente cogn[itione]m: sic probamus. Ens rationis est illud cuius totum suum pose existere

e posse ēē obtive in intru; sed hec defio integre, et adequate convenit enti impoti cū respectu ad cognem: ergo tale obtum impole est ens raonis. Majorem defio a nobis iam exposita: probatur minor. Nam soli enti impoli, videlicet hircoserto potest convenire, posse existere intentionalit, seu obtive non vero realit, cum possit cognosci a nobis intru: ergo de hircoserto precise concepto in ordine ad cognem integre, et adequate verificantur omnia predicata entis raonis.

Confirmatur 1o, nam ens raonis in quo explicatur DD. dividitur secundum D. Thomam, in privationes, negationes, relationes, et speciales fictiones, ut infra videbimus, sed in his omnibus speciebus entis raonis est illud obtum impole, quatenus dicit ordinem ad cognem: ergo obtum impole, et non aliud est ens raonis. Confirmatur 2o, quia ex defione entis raonis hoc pacto a nobis tradita sufficienter distinguit ens raonis a ente impoli precise considerato in se, et ab ente reali, et pure nihil, ergo et cetera. Probatur ans; nam imprimis differt ab ente impoli precise repugnanti, quod preter ordinem ad cognem habet aliquale esse etiam ab ente reali, ut constat. Secundo ab ente pure nihil, ut tali, quod non explicat per ordinem ad aliquale esse, etiam intentionale, sed potius est ipsissima negatio omnis entis, et existentis sive intentionalis sive realis: ~~ab ente~~ at vero ens impole explicat in ordine ad aliquale esse, seu existere intentionale: ergo et cetera.

Secunda pars nostre assertionis, ens raonis terminare potest cognem tanquam truum mere extrinsecum illius, explico hanc assertionem: cognio abest ab essentia entis raonis, non, ut pars essentialis illud constituens, sive in recto, sive in obliquo, sed solum ut mere truus extrinsecus, tanquam connotatum in ordine ad quod explicat, et ad actualem sue existentie reducit obtum impole, quod de essentia adequata entis raonis, probatur 2a assertio: nam illud impole habet suum esse ~~[illegible]~~ posse subjici intrui, ut est cognibile; sed cognibile explicat per cognem: ergo constitutivum entis raonis explicat per cognem. Probatur minor: nam respectiva

neque contexplicari nisi per ordinem ad suos actus, sed illud impossibile respectu quidem ad cognitionem: quod sine illa nequit explicari: siquidem media cognitione reducitur ad actum suam cognoscibilitatem.

Cum quo optime stat, non constituens rationis per ipsam cognitionem, quod propter aliquid poneret essentia entis rationis partialiter in cognitione ultra obiectum impossibile, maxime, quod essentia entis rationis semper explicat in ordine ad cognitionem, ut ex definitione constat, sed hoc rationibus probatur et cetera. Probatur minor (Concessa maiori ab adversariis adstruentibus in concretis ex obiecto impossibili, et cognitione) nam ad concretum, sive quidditativum, sive denominativum, ut capite 2º praenotavi, non sufficit afferre quomodocumque aliquid vel in recto, vel in obliquo, sed requiritur ut afferat illud tanquam formam facientem constitutum cum recto, sine quo nequeat intelligi, aut perfici tale concretum: ergo licet ens rationis explicet in ordine ad cognitionem, tanquam terminum extrinsecum praecise, non tamen nec partialiter ipsum constituit: quod manifeste exemplis confirmo. Essentia intellectus, et voluntatis explicatur in ordine ad actus, quos possunt efficere; nec tamen intellectus, et voluntas in concreto constituta partialiter ex actibus in ordine ad quos concipitur. Sic possibilis potentia dicit respectum transcendentalem ad obiectum, sine quo nequit concipi, aut explicari talis status; et tamen hic respectus est solum ipsa entitas possibilis, seu perfectio cui non repugnat terminari ad obiectum; nec ideo dicit concretum ex entitate possibili et obiecto.

Rursus essentia entis realis explicatur per ordinem ad existentiam quam potest accipere; nec tamen dices, essentiam entis realis esse concretum ex entitate, et existentia: ergo sic dicendum est de ente rationis respiciente cognitionem, cum eius essentia partialiter ipsa cognitione constituatur. Unde animadvertentes, quod constituat iste respectus entis rationis, vel ordo ad cognitionem, tanquam ad terminum extrinsecum. Constituitur ergo ipsa entitate obiecti impossibilis, cui non repugnat posse terminari cognitione; quod quidem obiectum quantum est ex se ens rationis secundum totam suam essentiam adaequatam, sive sit possibilis, sive reddat impossibilis cognitio, cum qua

in ee polis nullo modo connectit eiusmodi respectus.

Hucusque loquuti sumus de essentia entis raonis, nunc aute existentiam illius expendamus, et licet possemus asserere, existentiam entis raonis constitui ee impole, qd obtive potest sub ee cogni; q illud, qd cognoscit, post cognem habet suam essentiam, ut ipsi adversarii fatent, et eo facto, quo illam habet, habet et suam existentiam, ceclusa qua uis cogne; siquidem omnis essentia identificat realiter cum existentia, ut est comunis oppinio fert. Ceterum, ptores DD. id admittunt, nullum inconveniens, qd essentia fictitia distinguat ab existentia metaphysica, et extrinseca entis raonis, quam si distinguat illud ab ente reali praecise impoli, et pure nihil.

Quapropter existentiam entis raonis ee cognem illius, adstruo, ita expresse P. Suar. disputatione 54 Metaphisic. Vallius, Fonseca, Oviedo, Poncius, Arriaga. Probat breviter. Illa e existentia entis raonis, qua posita, existit ens raonis: sed posita actuali cogne obtiva impolis existit ens raonis: ergo istius existentia e cognitio. Minor probat. Ens raonis existere suo modo e actualiter cognosci praecise ab intellectu: ergo cognitio e eius existentia: qd quidem accidit in ente reali, quando cognoscit ab intellectu, tunc enim existentia illius extrinseca, intentionalis e cognitio. Unde ens raonis actualiter existens obtive in intellectu constituit partialiter cognem, in ee existentis, qa dicit actualiter obtum impolem terminans actualem cognem, et ex qq partibus resultat concretum denominativum, qd affert essentialiter respectum, qt obliquum, ut supra clarius exposui.

## Caput 4 in solutione argumentorum, quibus mens nostra stabilit, et elusi datur.

Arguesto; ee cognitum e tota essentia entis raonis; sed ee cognitum involvit cognem: ergo ens raonis secundum suam essentiam involvit cognem. Confirmat 1o: q ee cognitum e concretum ex obto, et cogne: ergo ens raonis e concretum essentialiter afferens cognem: Confirmat 2o: q ens raonis non

dat ante opperationem intrus, siquidem ens impole habet suum ēē implicatorium, non minus quam quodlibet ens verum et reale; sed istud ante opperationem intrus non ē ens raonis: ergo nec illud impole. Confirmatur 3o: nam ens raonis consistit in obto ficto, sed nequit intelligi obtum fictum sine fictione ītali, videlicet cogne; sicut nequit intelligi factum sine actione: ergo fictio ītalis, sive cognitio affert essentialiter ab ente raonis.

Respondet distinguendo maiorem: ēē actu cognitum ē tota essentia entis raonis, nego maiorem; posse subire cognem, aut cognitum in actu 1o, concedo maiorem; ēē cognitum actu verum ē, quod existat, et explicet essentia entis raonis; non vero constituit per cognem, sed per posse cognosci. Nullum ergo inconveniens ē, quod essentia, et existentia entis raonis inter se distinguantur. Ad confirmationem dico; ēē actualiter cognitum, ē concretum ex obto, et cogne; itaque distinguo cōsequens: ens raonis ē concretum essentialiter afferens cognem, quoad suam existentiam concedo cōam; quoad suam essentiam nego cōam. Ens raonis actualiter existens ē concretum partialiter constitutum ex cogne in ēē existentis, non vero in ēē essentis.

Ad secundam distinguo maiorem: non dat ante opperationem intrus, quoad suam existentiam, concedo maiorem; quoad suam constitutionem, et essentiam, nego maiorem. Illud ergo impole, quod suum ēē habet implicatorium, quatenus potest terminare cognem, datur, idest, ē ens raonis constitutum, sicut quodlibet aliud ens verum, et reale ante opperationem intrus; ceterum ens impole, constituitur per hoc, quod ē posse terminare cognem precise, quin possit existere à parte rei; secus ante ens reale.

Ad tertiam confirmationem: distinguo maiorem: nequit intelligi obtum fictum, ut fictum sine ītali fictione, concedo maiorem; specificative vel id quod ē fictum, nego maiorem: illud ens impole, quod affirmo ~~ex parte~~ ē obtum fictum, quod possumus considerare secundum id precise, quod in se ē, et tunc ē obtum fictum specificative; idest, ē illud, quod potest fingi ab intru, in quo non affert aliqua cognitio, per quam

constituat; si vero consideremus non solum obiectum, quod est fictum, sed etiam illud a quo fictum est, quod est cognitio, sine qua nequit intelligi sine fictione formali, sive cognoscentis obiectum fictum reduplicative: quod patet exemplo allato: res illa, quae est facta non dicit actionem productivam illius; at prout est facta, involvit actionem, sine qua nequit intelligi res producta, ut talis: unde ens rationis ob suam essentiam fit, quod potest fingi, non tamen actualiter fictum, nec petit, quod intellectus possit illud fingere, ut in se sit constitutum, quia licet redderetur impossibilis omnis intellectus potens illud fingere, salvaretur adhuc tota essentia entis rationis.

Argues 2o: quod quod reperitur in chymera est aliquid compositum reale diversum a suis partibus divisive: componitur enim ex homine, et equo, et etiam ex unione, quae potest esse realis; et non resultat totum ex duabus partibus, nisi per veram unionem: ergo chymera non erit ens rationis, siquidem habet aliud esse praeter posse cognosci, nec solum partes divisive, sed etiam omnium collectio habet esse reale. Confirmatur 1o: nulla potest dari unio illarum partium, nisi cognitio realis, quia quaelibet alia unio ficta non unit vere partes: ergo cognitio realis, ut unio constituit ens rationis. Confirmatur 2o: quia voluntas vere amat illud fictum, quod repraesentat intellectus: ergo illud habet suam essentiam communicatam ab intra, et non est mere illud obiectum impossibile.

Respondemus, negando antecedens: illae partes, licet divisive sumptae sint aliquid reale; at collective acceptae, ut facientes unum totum per accidens, id quod impossibile est, ac proinde unio realis, quae uniat vere illa extrema inter se, quod impossibile est, totum enim per accidens non petit, quod eius partes uniantur vera, et reali unione, sed sufficit totum esse.
Ad 1am confirmationem: nulla potest dari unio realis illarum partium, sed solum fictitia, quae in esse obiectivi constituit: unde cognitio non est unio, nec constituit ens rationis, ut totum in esse obiectivi, sive essentis, sed tantum in esse existentis. Ad 2am confirmationem: voluntas vere amat illud fictum impossibile, quod repraesentat, ut existens ab intra; non tamen illud habet a cognitione communicatam essentiam, sed praecise existentiam.

Argues 3o; ens rationis prout est obiectum cognoscibile ab intellectu: ergo essentialiter est concretum ex obiecto impossibili, et cognoscibilitate, patet consequentia: nam obiectum cognoscibile, ut tale est subiectum habens cognoscibilitatem, sed habens cognoscibilitatem est concretum, sicut habens albedinem est concretum: ergo et caetera. Confirmatur 1o nam potest apprehendi ens rationis constitutum ex obiecto impossibili, et cognitione virtuali, sed tunc esset concretum ens rationis constitutum ex cognitione actuali: ergo concretum ex cognitione et obiecto impossibili est ens rationis. Confirmatur 2o non minus dependet obiectum intrinsece actualiter cognosci, quam posse cognosci; sed non constituit ens rationis per actualiter cognosci, quia involvit cognitionem: ergo neque per posse cognosci, quia involvit illam. Confirmatur tertio; cognoscibile est denominatio extrinseca proveniens a cognitione; sed ea denominatio est aliquid reale, siquidem intrinsece posse cognosci est obiectum est aliquid reale, et eo ipso obiectum posse cognosci, cum non distinguantur ista duo: ergo ens rationis non constituitur per esse cognoscibile.

Respondemus 3o; saltem non probari quod ens rationis essentialiter sit concretum ex obiecto impossibili, et cognitione actuali, ut contendunt adversarii; nam nemo huc usque dixit, ens rationis esse concretum ex impossibili, et cognoscibilitate: itaque distinguo antecedens, est obiectum cognoscibile specificative loquendo concedo antecedens: obiectum cognoscibile, ut cognoscibile nego antecedens. Est igitur obiectum, cui quantum est ex se non repugnat cognosci, quare affert cognoscibilitatem, non tanquam formam, sed tanquam quid: in ordine ad quid explicat, secus vero concretum albedo. Illa cognoscibilitas est veluti passio, et proprietas obiecti impossibilis, rerum autem essentiis solent explicari per suas passiones, et proprietates.

Ad primam confirmationem respondeo per illam cognitionem reflexam posse intellectum apprehendere concretum ex obiecto impossibili, et cognitione, tunc enim constituit illud ens rationis in particulari per cognitionem actualem, in qua ratio obiecti impossibilis potentis terminare cognitionem reflexam attenderet, ideo est ens rationis, ratio vero concreti, solum per accidens. Ad 2am confirmationem, distinguo maiorem: posse cognosci

ab Inte non minus dependet ab intu, quam actualit cognosci concedo ma-
res; quantum se et se, nego mares. Ad 2m confirmatione distinguo si sit mares:
cognoscibile ab Inte e denominatio extrinseca proveniens a cogne, concedo
mares; cognoscibile quantum se esse nego mares. Duplex enim datur cognoscibili-
tas, altera e potia activa ex parte intus, et altera obtiva ex parte rei cognitae,
videlicet non repugnantia, ut cognoscatur: et hanc igit constituit ens raonis in eē
talis: ceterum utraque cognoscibilitas requirit, ut ob Inte resultet denominatio.

Arguesto 2o: ens raonis é ens apprehensum á raone, ut ex ipso nomine constat: ergo non intellecta formali raone, seu cogne, non intelligit ens raonis in eē tali constitutum. Probatur cōa, supposito anti, quia sicut illud impole ex parte sua potest cognosci; ita etiam ex parte sua potest amari, siquidem ex parte sua non potius é ens raonis, quam voluntatis: ergo absque cogne non intelligit constitutum. Confirmat 1o: nam ista obtum impole, et ens raonis, non convertuntur: ergo plus dicit essentia entis raonis, quam obtum impole; id aute, quod superaddit, nihil aliud eē potest, quam cognitio.
Confirmat 2o: nam si impolis foret obtus cognitio, plura entia forent impolia, ut é certum; sed tunc non esset pole ens raonis; cum non sit poli radio, seu cognitio, qua esset pole: ergo praeter obtum impole aliquid aliud dicit constitutio essentialis entis raonis.

Respondemus distinguendo ans, ens raonis é ens apprehensum á raone specificative nego ans; reduplicative, concedo ans; ut supra semel, atque iterum distinximus: unde ruit coena argumenti. Ad ejus probationem, dico 1o, obtum impole potius eē ex parte sua ens raonis, quam voluntatis, licet possit cognosci ab intu, et amari a voluntate. Itaque distinguitur ans: potest cognosci ex parte sua et potest amari, separatio, nego ans; potest prius cognosci, quam amari, concedo ans; licet enim obtum impole possit amari, attamen praesupponit eē iam cognitum; nam nullum obtum prius terminat ad voluntatem, quam ad cognem, ex illud axioma: nihil volitum, quin praecognitum. Secundo licet, quod lo esset indiferens obtum impole ad terminandum cognem, et voluntatem; praespectu ad cognem erit ens raonis

sicut respectu ad voluntatem erit ens voluntatis.

Ad confirmationem 1m negabis ans, si de obto impoli, et ente raonis accepto secundum essentiam sermo sit: sic enim convertit ens raonis, et obtum impole; cum hoc solum discrimine, q licet eadem essentia sit utriusque, attamen hec essentia, quatus precise e obtum impole explicat p solam repugnantiam ad veram existentiam realem; at vero, quâ e ens raonis explicat non solum p repugnantiam ad veram existentiam realem, sed etiam p non repugnantiam ad existentiam intentionalem, seu obtivam. Ad 2m confirmationem, distinguit minor: non esset pole ens raonis, quoad suam essentiam, nego minorem, quoad suam existentiam, concedo minorem; casu enim quo redderet impole obs cognitio, absolute diceret impole ens raonis, non ob defectum alicuius ratis essentialis, sed ob impossibilitatem existentie extrinsece entis raonis, que e cognitio.

Ultimo argues contra existentiam, quam assignamus entis raonis: si cognitio esset existentia entis raonis, istud esset ens reale: ergo non existit p cognem. Probatur illatio, nam illud, qd existit p existentiam realem e ens reale: sed ens raonis existeret p existentiam realem: ergo esset ens reale. Maior videtur certa, probatur minor: nam ens raonis existit p cognem, que e ens reale: ergo ~~[illegible]~~ existit ens raonis p existentiam realem. Respondeo negando illationem: ad eius probationem distinguo maiorem: illud qd existit p existentiam realem, sibi propriam, et intrinsecam e ens reale, concedo maiorem, qd existit p existentiam realem sibi impropriam, et extrinsecam, nego maiorem: existentia autem entis raonis, licet in se sit realis, est tamen metaforica, et impropria respectu entis raonis, qd non sufficit, ut obtum taliter existens sit ens reale.

Omitto consulto alia plura argumenta, que pro oppositis sententiis produci solent: ad que ex nostris fundamentis, et solutione argumentorum hactenus à nobis tradita, responderi facile potest.

## Caput 5m aliquot questiunculę pro expeditione nostrę sententię leviter attingunt

Pro huius disputationis complemento, et pleniori nostrae sententiae captu, aliquot quaestiunculas lubet expendere: Prima sit: quale debeat esse obiectum impossibile, in quo essentiam entis rationis constituimus, an debeat esse tale, ut omnes, et singulae eius partes sint impossibiles, vel an potius sufficiat, quod totum obiectum, ut obiectum quid unum, sit impossibile, licet partes sint reales divisive sumptae. Ex cuius constitutione dimicant RRs, alii enim asserunt ens rationis componi ex ipsismet praedicatis, et realibus, quae aliàs intellectus cognoscit divisive in rebus existentibus, ~~licet~~ sunt se uniri repugnent. Alii oppositum tenent defensantes, ipsas partes entis rationis esse chymericas, et impossibiles, nec illud posse in praedicatis realibus consistere. Alii etiam contendunt, obiectum impossibile ex partibus praecise realibus aut fictitiis non constitui, sed nasci denuo implicare aliquid chymericum, et fictitium: ita Prof. contra duodecima Metaphysicae, puncto 20. Pater, disputatione 6a Metaphysicae numero 9, quem sequuntur nostri RRs. Haec sententia verissima nobis semper visa est, quam, si ego otium nobis licuisset, et ad maiora non vocarer, obviis ulnis amplecterer, res enim majoris ponderis est; ideo enim non immoror in eius dicatione, et tamen ad quaestiunculam respondeo cum Neobisitato.

Illud obiectum impossibile tale debet esse, ut illi repugnet existere à parte rei, eo modo, quo obiicit intellectus, sive apprehendat esse obiectum omnino simplex, et carens partibus, sive apprehendat ex partibus compositum, quod si sit compositum, non petit de trate, quod illius partes omnes sint omnino chymericae, et non fit in verum possibilia; nec de trate petit, quod omnes divisive, vel aliquae sint reales, vel aliquid denuo involvat fictitium: abstrahit enim ab hoc; solum petit, quod totum, collectio ens ex partibus illis, nequeat, ut totum, à parte rei existere; quod tamen, si existeret, poneret in re duo contradictoria: hoc enim formaliter constituit in ratione impossibilis, et chymerici entis.

Unde colliges, quomodo accipienda sint verba in definitione entis rationis: cui totum sumptum esse, et caetera: Ly totum sumptum esse non est accipienda distributive, ita ut faciat hunc sensum: ens rationis est, cui omnes, et singulae partes, nullatenus

existentiam habere possint, nisi intentionalem; sed accipiendum esse collective, cuius totum sumi esse, ut totum quod datur est ceteraque: ut ex dictis legitime infert.

Secunda quaestiuncula sit; an detur aliqua talis causa, quae efficiat ens rationis? commune placitum Doctorum est dari causam, quae efficiat ens rationis: sic Patres Conimbricenses, Suares, Hurtado, Arriaga disputatione sexta Methaphisicae paragrapho quadragesimo nono. Et probatur: nam id, quod aliquo modo existit, et non a se, ab alio existit; sed ens rationis aliquo modo, id est intentionaliter, existit, cuius existentiam non habeat a se: ergo hanc existentiam habet ab alio; sed hoc aliud est causa entis rationis: ergo datur causa illius illius illius illius. Confirmatur, quia obiectum impossibile antequam cognoscatur, nullo modo existit; sed postquam cognoscitur, iam aliquo modo existit; ergo transit de non esse ad esse: ergo datur causa, cuius virtute transeat de non existere ad existere.

Quaenam autem sit haec causa, et in quo genere concurrat ad faciendum ens rationis, Lis in praesentie: pro cuius expeditione, multiplices esse causas, ut disputatione 3.a Proemiali capite 3 adnotavi, animadvertes. Ex illis autem omnibus, excepta causa efficienti, quae sto non procedit, certum enim est, ens rationis posse habere causam obiectivam materialem, et formalem intrinsecam: si videlicet apprehendatur per cognitionem reflexam impossibile coalescens ex subiecto, et forma, id est, concretum ex obiecto impossibili, et cognitione: impossibile erit causa materialis, cognitio vero causa formalis. Praeterea potest habere causam exemplarem, et finalem; potest enim intellectus apprehendere unum ens rationis ad similitudinem alterius entis rationis, vel ad similitudinem entis realis, in quo eventu, illud ens rationis, quod praecessit, vel ens reale, quod cognoscit, erunt causa exemplaris respectu entis rationis, quod fit apprehensio in intellectu.

Causa autem finalis dabitur quando voluntas agens intellectualem, efformare ens rationis propter finem aliquem, quem sibi proponat: tunc ens rationis habebit causam finalem propter finem quo illud efformat. Omnes istae causae non requiruntur ad ens rationis; nam sine illis optime potest efformari: quapropter

in lo distintione 19, quae est a numero 4.

Probatur nostra conclusio, quia illa est causa efficiens entis rationis, quae producit existentiam obiecti impossibilis; sed voluntas producit existentiam, videlicet volitionem obiecti impossibilis: ergo voluntas facit ens rationis. Minor probatur, nam producere existentiam illius entis nihil est aliud, quam habere illud pro obiecto, sed obiectum impossibile potest amari a voluntate: ergo voluntas producit existentiam, videlicet volitionem obiecti impossibilis. Confirmatur 1o: quod dum amatur, nullum aliud est habere nisi obiective in voluntate: ergo et caetera. Confirmatur 2o: si propter aliquid non esset causa entis rationis, maxime, quia supponit illud iam factum ab intellectu, et prius cognitum; sed id non obest: ergo voluntas facit ens rationis. Probatur minor, supposita mani[?] ab adversariis: nam licet ab intellectu supponatur factum, posset voluntas iterum illi communicare existentiam, quod clare cernitur in pluribus hominibus subcessive concipientibus negationem alterius mundi, ut verum ens: tunc enim, licet a 1o homine supponatur factum, non obest, ut a 2o possit iterum fieri, sicut a 3o, et sic de reliquis: ergo non ex eo, quod intellectus prius formaverit ens rationis, negari debet voluntati quod facit ens rationis.

## Caput 6um quo supersunt quaestiunculae enodantur.

Prima in ordine quaestiuncula sit: utrum sensus interni possint esse causa efficiens metaphorica entis rationis. Nostra assertio sit. Imaginativa humana, aut brutorum non potest facere ens rationis. Haec assertio defenditur a Pe Jur, Pe obie controversia 12. Metaphysicae functobo. Probatur: quia imaginativa non percipit essentiam unius rei, ut identificatam cum altera, quod opus erat, ut entia rationis formaret: ut autem fiat ens rationis requiritur necessario, quod cognoscat obiectum impossibile, ut tale; at percipere diversas in specie entitates, non est cognoscere illas identificatas, ut unum ens: sed sic ergo imaginativa percipit obiecta eo modo, quo sunt in se; aliter percipit homines, et equum, non percipit tamen identitatem impossibilem inter illos

facientes unum.

Sed dices: potest imaginatiua diuersas in specie essentias, ut identificatas cognoscere; v.g. essentiam hominis cum essentia equi: ergo potest facere ens rationis. Confirmatur nam demus casum, quo canis videns umbram apprehendat esse hominem cum fuste, à quo male accipi solet; tunc apprehendit ictum sibi imminentem ab illa umbra; sed ictus ab illa umbra imminens est obiectum impossibile: ergo tunc imaginatiua percipit canis obiectum impossibile: quia ictus ab umbra proueniens est impossibilis: sicut canis videns à longe columnam existimat esse herum suum, et inter illum, et columnam percipit unionem: ergo etcetera.

Respondeo negando antecedens: nam imaginatiua non attingit essentias rerum, nec potest illas percipere, ut identificatas; sed solum apprehendit accidentia externa hominis, et equi contigua, id est, alia immata aliis; quod nullatenus est impossibile. Ad confirmationem neganda est minor; nam canis non apprehendit hominem esse umbram, neque columnam esse herum suum; sed tantum percipit hominem, vel herum; non existimat fustes ab umbra; sed ab homine, quem solum apprehendit; neque per illius imaginatiua aliud est, quam herus suus.

Hinc colliges sensus externos, visum, auditum, etcetera, non facere ens rationis: visus enim non potest videre obiectum impossibile, neque auditus audire sonum, qui impossibilis est: ratio est; quia sensus externi propter imperfectionem suam non extendunt, nisi ad obiecta realia: nec in contrarium est, quod potentia visiua aliquando possit falli, et errare: v.g. quando varios colores in iride videmus, qui reuera non sunt, et distantissimos montes quasi proximos saepe decepti videmus: ergo potentia visiua potest facere ens rationis. Ad quod respondeo, omittendo potentiam visiuam posse falli, et errare, ut in libris de anima disputabimus; assero non ideo facere ens rationis, quia non videt simul esse colores, et non esse ipsos colores iridis; nec videt montes simul distantes, et proximos; unum praecise videt, nec coniungit

utrumque inter se unitas. Unde animaduertes non quancumque deceptionem potentiae sufficere, ut illa faciat ens rationis; sed necesse esse, quod talis decipiat, ut impossibile obiectum, ut tale percipiat; nec sufficit, quod omnes sensus tam interni, quam externi percipiant id, quod in se est ens rationis, ut illud efficiant; percipiunt enim ens rationis non, ut tale est.

Quarta questiuncula sit; an illa cognitio, per quam existit ens rationis, debeat esse apprehentio, iuditium, vel discursus? certum est, ut patet, per cognitiones iudicativas, et discursivas existere in intellectu ens rationis; ut constat in hoc syllogismo; omnis lapis est vivens, saxum est lapis: ergo saxum est vivens; in quo primarum propositionum, quae est iuditium, et tertiam, quae est discursus, ens rationis fit.

In super iudico, per apprehentivas cognitiones simplices tam complexas, quam incomplexas posse fieri ens rationis: probatur conclutionis 1a pars; quia tunc fit ens rationis, quando obiectum impossibile existit in intellectu; sed per apprehentionem complexam obiectum impossibile existit in intellectu ergo hoc obiectum impossibile homo equus, ut de se constat; ergo eiusmodi obiectum potest existere per apprehentionem completam in intellectu. Secunda conclutionis pars probatur; quia per apprehentionem incompletam potest cognosci hoc obiectum impossibile chymera, licet in se componatur partibus inter se repugnantibus; sicut potest apprehendi hoc obiectum homo per apprehentionem incompletam, licet in se constet duobus partibus, scilicet animali, et rationali: ergo illa potest fieri ens rationis.

Quinta questiuncula sit; an illa cognitio, per quam existit ens rationis possit esse actus iuditii uerus? negativam partem propugnant Patres Herice, Suarez, aliique quamplurimi; qui existimarunt, non posse fieri ens rationis, nisi per actus fingentes, et falsum, qui cognoscat res aliter ac est in se, ac potest esse; ita ut cognoscat impossibile, ut possibile; et possibile, ut impossibile; ut chymera existit; homo est equus: quod fuse docet Pater Suarez sua disputatione 54 Metaphysices sectione 2 Pater Arrubal, Pater Arr[iag]a Pater Obi supracitatus, affirmant posse fieri ens rationis

ab intra, p actus iudicii veros, et qui minime tribuant subiecto praedicatum repugnans; tales u chymaera ē impossibilis; Hircocervus non existit.

Libenter 2am sententiam amplector; et sic probo; nam facere aliquid, nihil aliud, quam dare illi suam existentiam; sic dicit Philosophus; sed actus verus dat intra existentiam intentionalem entis rationis: ergo actus verus facit ens rationis; probatur minor nam dare existentiam intentionalem alicui rei, ē cognoscere illam rem; quare dum cognosco Petrum, Petrus intentionaliter existit in meo intellectu; sed actus verus intra cognoscit chymaeras non existentes: ergo illis dat intra existentiam entis rationis. Confirmatur 1o. quia tunc fit ens rationis, quando intellectus unit plura praedicata inter se repugnantia; sed actus verus v.g. homo equus ē impossibilis, unit plura praedicata inter se repugnantia: ergo. Confirmatur 2o. nam illud ens Hircocervus non existens nullum esse habet, nisi illud ē obiectivum, quod habet p actum verum: ergo illud fit.

Obiicit tamen; quando obiectum impossibile cognoscitur p actum verum, non habet totum suum esse in intellectu: ergo p iudicatum cognoscitur veram requiritur fieri ens rationis: probatur ans; quia iudicium verum tribuit subiecto praedicatum, quod revera illi convenit independenter a fictione intellectus, v.g. actus iste chymaera ē impossibilis tribuit chymaerae impossibilitatem, quam habet in se independenter ab intellectu: ergo non habet totum suum esse in intellectu.

Confirmatio; quia eodem modo convenit negationi Dei esse impossibilem independenter ab intellectu; ac carentiae Antichristi esse possibilem; sed p actum istam possibilis ē carentia Antichristi non fit ens rationis, ergo neque p istum, impossibilis ē negatio Dei; siquidem tam primus, quam 2us actus verus ē. Confirmatur 2o. qui facit ens rationis, illud fingit, tribuendo illi praedicatum repugnans; sed p actum verum intellectus non fingit: ergo. Confirmatur 3o. ut fiat ens rationis debet cognosci obiectum aliter ac ē in se; sed p actum verum non cognoscitur aliter

aliud a se in se, imo potius conformat actus cum suo obiecto, ut verus sit: ergo. Respondebis negando antecedens, et consequentiam probationis, nam licet chymera tribuat praedicatum impossibilitatis, quod revera illi convenit independenter a fictione intellectus, non ideo chymera habet aliquid verum esse; sed solum habet illud esse fictitium, quod praecise habet in intellectu. Ad 1am confirmationem dic non eodem modo convenire negationi Dei esse impossibile, ac carentiam Antichristi esse possibile independenter ab intellectu; nam negatio Dei est impossibilis, et nullum esse habet actualiter in rerum, nec habere potest praeter hoc quod existere in intellectu; ast carentia Antichristi est possibilis, et absolute habet suum esse negativum independenter ab intellectu. Ad 2am confirmationem, negatur maior, si loquatur de obiecto in dicti vero, et falso; ut falsa enim cognoscit fingit intellectus; secus vero quoad verum; nec requiritur necessario, ut semper intellectus fingat, sufficit enim si cognoscat ens rationis, ut tale. Ad 3am confirmationem respondetur, obiectum negando, necessario requiri ad ens rationis, quod cognoscat obiectum, aliud, ac est in se.

## Caput 7 intellectus divinus angelicus, et Beatificus possunt facere ens rationis.

Ex hactenus dictis, et iactis principiis facile deducere cognoveris, quid de Deo, et Angelis, Beatisque sentiendum sit, tota theologorum scientia: rogamus ergo, an intellectus divinus, angelicus, beatificus ergo possit facere ens rationis? ceterum praecipua de hoc quaestio procedit (nam quod de intellectu divino dixerimus, idem de intellectu Angelorum, et Beatorum dictum esto) et in primis statuimus, si facere ens rationis, sumatur pro efficere utcumque cognitionem obiecti impossibilis, quae est existentia entis rationis, Deum facere tale ens, et probatur nam Deus immediate cum intellectu creato concurrit efficiendo cognitionem obiecti impossibilis, ut potest causa universalis ad omnes effectus Creaturarum concurrens: ergo potest facere existentiam entis

rationis: patet consequentia; quia cognitio objecti impossibilis ex natura principia existentia entis rationis: unde non dubitamus de hoc modo faciendi ens rationis, nam posse competere Deo, haud dubium esse; sed rogamus, an Deus possit facere illud cognoscendo ogitabile, et dando illi suos proprios actus existentias intentionales, quibus proprie, et directe facere ens rationis.

Statuimus 2o; quid sit cognoscere indirecte, quid directe: quando igitur actus intentus terminatur ad aliam diversam cognitionem cognoscentem aliquid objectum, ipse quidem indirecte cognoscit etiam objectum illud; ut si quis apprehendat hircocervum, et postea per aliam cognitionem cognoscat se habuisse apprehensionem hircocervi; tunc enim secunda cognitio directe cognoscit illam apprehensionem, et indirecte hircocervum: quando autem actus ipse intus immediate, et sine dependentia ab altera cognitione cognoscit aliquid objectum vel impossibile, tunc directe illud cognoscit. Statuimus 3, ut capite praecedenti statui, non esse necessarium actum falsum ad ens rationis efficiendum; itaque possumus dubitare utrum Deus illud faciat, supposita fide, quae docet, Deum non posse falli, nec alios, ac sunt in se objecta cognoscere; et consequenter non posse entia rationis effingere per actus falsos, qui summa veritas est. Statuimus 4, idest cognoscere ens rationis, ac illud facere, ut supra probatum manet, duplex actus verus fieri posse ens rationis, indicamus.

His statutis, Deum nullo modo facere ens rationis, tuentur Pater Vasquez 1a parte disputatione 118 capite 4, Pater Herice 1a parte disputatione 8 capite 10, Pater Gurdiel disputatione 1a Metaphysicae paragrapho 88, Arriagam ... disputatione 12 ... numero 74, et alii plures. E converso autem Deum facere ens rationis saltem indirecte defendunt Pater Suarez disputatione 44 Metaphysicae sectione 2 numero 28, Pater Aniñat tomo 1o in 1m partem disputatione 84 capite 3, Pater Arr. disputatione 60 Metaphysicae sectione 4, et quamplures alii. Rursus

alii tamen propugnant, directe etiam, primario, et per se Deum facere ens

raonis ita tenent Egidius de prasione tomo 1. de beatitudine libro 50 questione 6 a articulo decimo, Sogro 7 numero 87 P. Fonseca 4 Methaphisicae capite 2o questione 6a sectione 14. Praeterea Authores supra citatos, qui adherent oriis Authores, qui docent, Deum independenter ab intellectu creato cognoscere obiecta impossibilia, licet negent, Deum facere ens raonis, ut cognoscit praecise obiecti impossibilis.

Sit nostra resolutio: Deus potest facere ens raonis indirecte, et etiam directe: duplicem partem continet: 1a a nobis suadetur, quia Deus cognoscit comprehensive cognitiones creatas fingentes ens raonis: ergo etiam Deus cognoscit ens raonis: probo consequentiam, quia requirit comprehensive cognoscere respectus transcendentales ad terminus, quin cognoscat terminus: ergo cum Deus comprehensive cognoscat cognitiones creatas terminatas ad impossibile, cognoscit etiam illud impossibile; sed hoc ipso in intellectu divino existit tale impossibile: ergo intellectus divinus facit ens raonis indirecte.

Confirmatur 1o, quia Deus cognitione veritates, ut de fide constat; sed quod obiectum impossibile cognoscatur ab humano intellectu, est quaedam veritas: ergo Deus illas cognoscit. Nec dices, solum Deum cognoscere ipsa extrema realia, sicut falsum Petrus est equus, nam ut cognoscat Deus hunc actum esse falsum, non inde, quod cognoscat nullum actum affirmare Petrus non est equus, sed Petrus non est equus, est obiectum impossibile: ergo ut cognoscat Deus veritatem, videlicet et hunc actum esse falsum, debet cognoscere ipsum obiectum impossibile; falsitas enim actus tota consistit in identificatione equi cum Petro. Confirmatur 2o: perfectio est cognoscere quidquid est cognoscibile, sed ens raonis est cognoscibile: ergo perfectio est illud cognoscere; sed nulla perfectio deneganda est Deo: ergo illi est concedenda talis perfectio: ut ipse licet magna imperfectio sit fingere, et mentiri, at cognoscere fictiones, et mendacia aliena, nullam imperfectionem involvit.

Secunda resolutionis nostrae pars etiam probatur; nam Deus independenter ab intellectu creato directe

immediate potest efformare hanc propositionem; Hircocervus est impossibilis; sed illa propositio fit ens rationis, ut cape antecedenter dicitur: ergo Deus directe facit ens rationis: probatur maior; si propter aliquid non posset Deus illas propositiones efformare, maxime quia Deus aliquam fictionem aliquemque errorem admitteret; sed nulla fictio, aut error invenitur in illa propositione, immo apertissima veritas: ergo.

Confirmatur 1º ex sacra scriptura, in qua Deus eiusmodi propositiones loquitur: Deuteronomii cap. 32. videte quod ego sim solus, et non sit alius Deus praeter me: quis autem dubitet Deum alium esse ens impossibile? ergo Deus potest illas, et similes propositiones immediate efformare. Confirmatur 2º: nam Deus optime novit naturas propositionum contrariarum, et earum obiecta inter se opposita; sed Deus independenter ab intellectu creato cognoscit hanc veritatem obiectivam: homo non est equus; ergo etiam cognoscit contradictoriam illius hanc veritatem homo est equus, quae quidem continet in se ens rationis: ergo si Deus cognoscit obiectum primae propositionis, cognoscere etiam debet quod non sit illius obiectum contradictorium, et consequenter facit ens rationis.

Probatur 2º; illa cognitio format ens rationis, quae dat immediate et directe obiecto impossibili existentiam obiectivam in intellectu; sed cognitio divina dat obiecto impossibili immediate, et directe existentiam obiectivam in intellectu: ergo format ens rationis: consequentia legitima; maior probatur; nam facere ens reale est dare illi existentiam realem: ergo facere ens rationis est dare illi existentiam intentionalem; sed Deus per suam cognitionem dat talem existentiam obiecto impossibili, videlicet per has propositiones chymaera est impossibilis; alius Deus repugnat: ergo.

## Caput 3m aliqua inferuntur ex dictis.

Hinc infertur Deum non minus proprie facere ens rationis, quam creaturam, quoad hoc quod est dare existentiam intentionalem enti rationis

106

licet in hoc, quod propriè fingere obiecta impossibilia longissimè superet ab intra creato, qui frequenter actualiter sua propriè fingit, quod omnino repugnat Deo. Infero 2º, idem quod de Deo dixi, dicendum esse de intellectu angelorum, ac Beatorum in coelesti patria; qui quidem possunt facere entia rationis per actus veros; cum possint habere, imo, et habent plurimas cognitiones veras versantes circa obiecta impossibilia: an possint habere cognitiones falsas, per quas possint propriè fingere, ad theologos spectat, nec nobis licet, in alienam messem falcem immittere.

Infero 3º, posse à Deo cognosci, seu fieri ens rationis per dissensum, et etiam per assensum: assensus dicit iudicium affirmativum, quo affirmamus, et acquiescimus obiecto; tale est iudicium, homo est animal rationale: dissensus vero est iudicium negativum, quo repugnamus, et resistimus obiecto negato, tale est, chymera non est possibilis: quod fieri possit à Deo ens rationis per dissensum, et assensum, probat Pater Franciscus Bon. disputatione 12 logices, sectione 5 (?), quia de quolibet impossibili habet Deus dissensum, per quem negat eius modi possibilitatem; et habet assensum, per quem affirmat, illud posse esse obiectum intellectus; insuper habet Deus hanc, et similes cognitiones conditionales, per quas facit ens rationis medio assensu, v.g. si homo esset equus esset hinnibilis; sed haec lis parvi momenti est.

Infero 4º, ad solutionem argumentorum, ad effectionem entis rationis ex definitione illius ab eis approbata, quae nihil aliud petit, nisi cognitionem terminatam ad obiectum impossibile, non requiri, quod obiectum cognoscatur aliter, ac est in se; neque quod cognoscatur ad modum veri entis, neque quod propriè fingatur ab intra; nam omnia haec gratis, et sine solido fundamento ad definitionem oppositae sententiae fautores addidere, supponunt, nec probant: quod si instent adhuc, quod facere ens rationis est fingere; quaestio erit de voce, ut patet ex Patre Arriaga disputatione 6 logices, sectione 2 numero 43.

sed adhuc poteris distinguere duplicem sensum in hoc verbo fingere; potest igitur sumi dupliciter, formaliter, et obiective; fingere formaliter est habere cognitionem erroneam attribuentem obiecto id, quod ipsum in se non habet: talis est haec cognitio, equus est rationalis; attribuit enim equo rationalitatem, quae ei non competit; fingere obiective non est aliud, nisi obiectum cognitionis esse obiectum fictum, et impossibile, licet eius cognitio non sit erronea, et falsa, sed potius verissima, talis est hic actus; hircocervus est impossibilis; qui quidem habet pro obiecto partiali ex parte subiecti hircocervum, qui vere non datur, sed solum fictitie; cui non attribuit cognitio aliquid praedicatum, quod in se non habeat: unde Deus potest fingere obiective, non vero formaliter; quia habet pro obiecto obiectum impossibile, et fictum, seu carens a parte rei vero, et reali.

Ultimo infertur, ens rationis in communi dividi in negationem, privationem, et relationem rationis, quae divisio desumpta est ex variis libris Methaphysicae, apud Aristotelem reperitur; negatio late sumpta idem est ac carentia rei; ut negatio alterius mundi, negatio animae in subiecto, quod si subiectum sit ineptum, dicitur stricte negatio, ut negatio visus in lapide; si vero subiectum sit aptum, dicitur privatio; ut carentia visus in homine apto ad habendum visum: relatio rationis non est aliud, nisi ordo quidam fictus ad rem aliam, quando talis ordo est impossibilis, sive sit transcendentalis, sive praedicamentalis; itaque negationes, et relatio dicta dicuntur, et sunt entia rationis; non quia vere non dentur a parte rei suo modo, sed quia concipiuntur a nobis veluti formae quaedam positivae non permittentes, seu contrarium, quod negant; quod quidem facto sunt entia impossibilia; nam impossibile est, ens negativum esse ens positivum.

Ceterum haec divisio non ita accipienda est, ut sit adequata, et praeter illa membra dividentia, nulla alia dentur; nam cum Deo obiectum, assero, posse intellectum fingere, vel concipere etiam substantiam, quantitatem, qualitatemque, et reliqua omnia praedicamenta rationis; ut si intellectus cognoscat Deum identificatum cum quantitate, et calorem cum Angelo, certe faciet entia rationis, cum tamen illa

1010 8

nec essent relatio, priuatio, aut negatio rationis: unde ad dictam divisionem praedictam, ut adequata sit, aliud membrum dividens, videlicet speciale figmentum, quo nomine denotant quaecunque chymerae, et fictiones, quas intellectus pro suo libito per omnia praedicamenta confingere potest.

# Disputatio de distinctione rationis, et illius speciebus.

## Caput 1 praeuia circa distinctionem generalem notitia expenditur

Communem docendi consuetudinem insequimur dum de distinctione in communi, ac eius speciebus tractamus; namque metaphysice praecipua distinctionis praecepta exponenda sunt, notiam communem: distinctio communiter definiri solet; est negatio identitatis inter duo ita Suarez in Metaphysicae disputatione sexta, in qua definitione denotat Petrum distingui a Paulo, eo quod Petrus non sit idem ac Paulus: sed haec definitio non satis recta; nam explicat essentiam distinctionis per negationem, cum dubium sit, an distinctio aliquid negativum, vel positivum constituat: melius ergo sic definies; est forma per quam una res excludit identitatem cum altera, sive una et altera res sit positiva, sive negativa, sive possibilis, sive impossibilis; nam distinctio non requirit extrema positiva, et realia, cum inter duas negationes detur forma excludens identitatem inter illas.

Ex praedicta definitione deducimur ad explicandam identitatem, sic illam definio; est per quam nullum praedicatum in uno conceptu, quod in altero non sit: haec definitio recta a nobis videtur, licet alii nullam aptam definitionem inveniant, nam eo ipso, quod de uno conceptu dicatur, quod de alio dicitur, nec possit de uno praedicari ullum praedicatum, quin de altero etiam praedicetur, fit manifestum identificari inter se illos conceptus, ut animal rationale, et homo inter se identificant, quia requirit de hoc verificari esse discursivum, quin de animali rationali

id est verificato.

At vero illa verba in uno conceptu, quod in altero non sit, non signamus, quod identitas debeat necessario reperiri inter duo aliquo modo distincta; nam ubi nulla distinctio, perfectior erit identitas, ut Petri respectu sui ipsius: solum quod dicimus, ea quae identificantur, saltem duabus vocibus, aut conceptibus synonimis signari posse; nam de una re indivisibili duplici voce, aut cognito conceptu, assumimus dicere identitatem cum alio vel secum; ut de Petro dicimus identificari cum hoc, vel secum ipso.

Quaestio adeo celebris est inter Doctores circa constitutivum formale distinctionis realis, et identitatis realis, an constituatur per aliquid negativum, an vero per aliquid positivum? varie varias sententias fuerunt Doctores; sed quia ad rem praesentem non conducit; et ad Metaphysica sibi vendicat propriam sedem, pro brevitatis gratia rem absolvemus: et imprimis identitatem realem, et distinctionem realem explicari per negationem certum est; quia eo ipso, quod dicatur, quod sint in conceptu gratia identitatis realis, sint in conceptu unici, et nullum praedicatum sit in uno, quod in altero non sit, omnino idem est; sed haec verba explicant aliquid negativum, ut ex definitione constat; ergo identitas per negativum aliquid explicari potest: insuper, quod distinctio possit explicari per negationem identitatis, ex definitione sua supra citato patet: unde quaestio non procedit de signo per quod distinctio explicatur, sed de constitutivo distinctionis et identitatis per negationem explicatae.

Itaque judico, identitatem constitui per ipsam entitatem conceptuum, quae dicuntur idem: probatur conclusio, nam si idem aliquis conceptus, per quod identificatur cum alio; sed per suam entitatem, ergo per suam entitatem identificatur: probatur maior; quia est alicuius entitatis eiusdem identitas, ut ex se patet: nec aliquod argumentum validum in oppositum reperiri potest.

Rursus judico distin

distintionem realem formaliter constitui per identitatem extremorum, quae distinguuntur: v.g. Petrus distinguitur formaliter a Paulo per propriam suam singularitatem, et homo distinguitur ab equo per differentiam positivam rationalis: probatur conclusio; quia id formaliter distinguitur homo ab equo, per quod formaliter excludit identitatem cum equo; sed homo per suam positivam differentiam rationalis formaliter excludit identitatem cum equo, ergo per suam positivam differentiam rationalis formaliter distinguitur ab equo: probatur maior; quia id formaliter homo excludit identitatem cum equo, per quod formaliter est homo; sed formaliter est homo per differentiam rationalis: ergo per illam formaliter excludit identitatem cum equo; quod etiam patet ex eo, quod principium constitutivum ultimum rei est distinctivum illius a quacumque alia re: haec satis pro constitutivo distinctionis realis; solutionem autem obiectionum suo loco videbimus.

## Caput 2 divisiones distinctionis realis enumerat.

Distinctio realis sic explicata dividitur in distinctionem rei a re: in distinctionem modi a re; et in distinctionem includentis ab incluso: distinctio rei a re est quae datur inter duas entitates, ita ut nullo modo identificentur inter se: sic distinguuntur Petrus, et equus. Distinctio modi a re, est quae datur inter rem, et eius modum, v.g. inter Petrum, et actionem, per quam ipse producitur: distinctio includentis ab incluso illa est, quae reperitur inter totum, et partem illud constituentem, v.g. inter hominem, et animal; homo enim, ut totum, includit animal, et ista ut pars distinguitur realiter a toto homine.

Ulterius dividitur distinctionem realem in numericam, et essentialem: numerica, quae datur inter duo individua eiusdem speciei, v.g. inter Petrum, et Paulum: essentialis, quae datur inter res specie vel genere distinctas, ut inter Petrum, et equum, vel inter hominem, et lapidem: addunt praeterea aliqui distinctionem maiorem, quae mediat inter eas

entiales, et numericas, ut actiones, quas Petrus et Paulus producunt, distinguuntur inter se plusquam numero; et non in specie; quia tali producti specie, non distinguunt.

Ultimo dividitur in distinctionem rationis actualem, et virtualem: distinctio rationis actualis reperitur inter duo entia actu et fraudit distincta a parte intus; ut inter Petrum et Paulum: distinctio autem rationis virtualis datur inter illa, quae actu sunt identificata; equivalent tamen virtute pluribus; ita ut in ordine ad diversos terminos diversas cognoscere possint; ut in anima rationali, licet in se sit indivisibilis realiter virtualiter tamen equivalenti pluribus, ratione diversarum operationum, quas praestat, potest cognosci reduplicative sub una formalitate in quibus reduplicative sub alia formalitate cognoscat; haec vulgo appellari solet distinctio fundamentalis in rebus creatis.

Ceterum alia est virtualis distinctio admirabilis, ratione cuius independenter ab operatione intellectus conveniat uni realitati praedicata secundum unam rationem, et secundum aliam illi non conveniat idem praedicatum ita ut possint verificari praedicata contradictoria de diversis formalitatibus, propter summam, et infinitam perfectionem Dei, arcanumque santissimae trinitatis misterium: illa reperitur inter essentiam divinam, et paternitatem; nam licet haec duo actu identificentur realiter, ita virtualiter distinguuntur, ut de essentia divina praedicetur, quod identificetur cum filio, de paternitate vero, quod non identificetur cum filio; insuper filiationi convenit physice produci; essentiae autem divinae physice non produci.

Alias distinctiones a parte intus dari inter perfectiones realiter identificatas accerrime propugnat scotistarum schola; ita ut inter animal et rationale in homine, quae non sunt duae entitates reales, sed omnino identificantur, distinguantur tamen realiter formaliter, et ex natura rei independenter ab operatione

opperatione intellectus duæ formalitates, seu perfectiones actu distinctæ: quæ distinctio communiter solet appellari media inter distinctionem realem, et rationis, quia non est ita rigorose realis, ac quæ datur inter entitates distinctas, quia inter se m[-] et equum; cum solum sit inter perfectiones eiusdem entis; nec insuper est distinctio, quæ solum per intellectum fiat: appellatur etiam realis formalis; quia inter formalitates actu distinctas à parte rei reperitur: dicitur etiam ex natura rei; quia realiter, et naturaliter sua distinguunt.

Sed reliqui omnes DDs censent, omnes distinctiones actuales ante opperationem intellectus esse vere, et proprie reales, nec dari aliquam distinctionem mediam inter realem, et rationis: unde formalitates inter se identificatæ solum intellectu distinguuntur: ratione autem hac unica impugno Scotistarum sententiam: implicat duo ante intellectum esse realiter identificata, et non esse formaliter identificata ante intellectum: ergo implicat talis distinctio: antecedens probo; nam identitas formalis est identitas essentialis; sed eo ipso, quod duo sint realiter identificata, sunt etiam essentialiter identificata: ergo implicat duo habere identitatem realem ante intellectum, et non habere identitatem formalem: maior conceditur à Scotistis; minor probatur; eo ipso, quod aliquid, v.g. in hoc sit idem realiter cum realitate, idem est ipse ipsum, et sua essentia: ergo si identificantur realiter ante intellectum, etiam formaliter. Confirmatur; quia illæ quas Scotistæ aiunt formalitates, subirent prædicata contradictoria diversa, ut ipsi fatentur; convenire enim uni produci; et alteri minime produci; sed hoc est fundamentum adequatum ad astruendam distinctionem realem in rebus creatis inter entitates reales: ergo talis esset distinctio realis non media.

Unde colliges quænam sint signa distinctionis realis ab omnibus admissa in creatis: primum sit, si de aliquibus extremis verificentur prædicata contradictoria, inter illa extrema datur distinctio realis. Secundum sit; quando duo ita se habent, ut unum possit perire, manente alio, tunc ea realiter distinguuntur. Tertium sit

quando unus sit causa phisica productiva alterius; illa distinguent realit; ut constabit ex dicendis libro 2 Phisicorum.

## Caput 3m. Authorum sententiae circa constitutivum distintionis rationis, exposita eius definitione recensentur.

Hucusque loquuti sumus de distone reali; nunc agamus de distone raonis re difficili, et impplexa: solet definiri coiter disto raonis sic, ē negatio identitatis p raonem; sed ex dicta de distone reali, et eius explicatione (id est intellige de identitate p intrum) aptius definiri, ē forma p quam una res ex ... identitate seu alia p intrum: unde notabis ... apud oes in confesso ēē, eandem entitatem indivisibilem posse ab intru diversimode cognosci sub diversis consideratioibg, exhibito fundamento ab obtis, quae cognoscunt: intrus enim ex sua limitatione potest attingere sub diversa raone frali, et p cognes diversas eandem entitatem accedente foecunditate illius, quae prebet intrui fundamentum, qd quidem si non det, inde nulla dabitur vera disto raonis. Notabis 2o; distones raonis non ēē absolute, et simplicit distones; sed solum secundum qd, et p analogiam ad distones reales; q vere non intercedit int unum, et aliud; sed solum reperit in eo obto, qd concipit ut unum, et aliud.

Notabis 3o; duplex 3o assignari solet disto raonis; alia dicit disto raonis ratiocinantis, et alia raonis ratiocinatae: distintio raonis ratiocinantis ē, quae fit ab intru sine fundamento in re p diversum modum explicandi, ut cum dicimus homo, et animal rationale, de qua ... de finitum disto raonis ratiocinatae, de qua loquimur in praesenti, cum fundamento in re distinguitur ... vid ... alterum con

non in ordine ad aliud; ergo cognitio, quae distinguit animal a rationali in homine cognitando, quamvis se tota sua intrinseca entitate sit in ordine ad tantum unum, videlicet ad sensationem, et non in ordine ad aliud, videlicet ad rationalitatem; pro hac sententia stant Dd. Suarez disputatione 6 Metaphysicae sectione 4 subsectione 2a, et Joannes Poncius ... disputatione 2a, Probatur contra ... Metaphysicae ... ingentio ... liberum adhaerent.

Caput 4 nostra sententia capite praecedenti relata efficaciter probatur

# Caput 4: nostra sententia capite praecedenti relata efficaciter probatur.

Ad explicationem nostri placiti supponendum est 1a, easdem res indistinctas posse significari diversis vocibus quae non sint synonima; ut haec vox omnis homo, et parte obiecti significat idem formaliter, ac Petrus Paulus, et sic de rebus quibus, ut ex parte earum non datur diversitas, quae in modo repraesentandi, non in ipso obiecto reperitur: sic actus sua tendentia speciali in obiectum, repraesentat illud diverso modo, ac alter actus sua etiam tendentia speciali in idem obiectum: haec autem specialis tendentia actus dicitur praecisio formalis.

Supponendum est 2a, omnem claritatem vel confusionem actus solum se habere ex parte ipsius actus; ergo cognitio, qua cognitum animal, dicitur clara; quia solum illud distinguit clare, et non rationale; at respectu rationalitatis cognitio dicitur confusa; ceterum eadem claritate, qua ex parte obiecti attingit animal, attingit etiam rationale, et quidem identificatum cum animali; unde cognitio cognoscendo animal, ut animal, cognoscit etiam rationale, ut animal, non tamen rationale ut rationale; quare duplicatione denotatur specialis tendentia cognitionis ad obiectum, ut iam notavi: ita quod clare cognoscit ex parte obiecti animal et rationale specificative loquendo; et illa cognitio adaequata, et quae

claratotius entitatis: est reduplicatiue quatas cognitiuna formalitatem, quia attingat aliam, ut talem, e cognitio inadequata; et sub illa reduplicatione attingit clare animal, ut animal; et non ea claritate rationale, ut rationale, sed tantum confuse attingit illud, ut tale.

Supponendum 3o, cognitiones cognoscentes animal, ut animal, et cognitiones cognoscentes rationale, ut rationale, esse realiter diuersas cognitiones; et consequenter illas duo obiecta, (seu connotata, quod idem est) reduplicatiue prout cognitos ab illis cognitionibus, esse realiter diuersos; non vero specificatiue et parte principii, siue totius entitatis.

His suppositis, pro facto tertia, et nostra sententia: cognitio, quae est distinctio rationis, tendit ad obiectum, prout est a parte rei nihil fingendo, quia cognitio, quae in Petro distinguit ratione animal a rationali, tendit ad animal verum, et rationale quod existit in Petro, sed animal quod existit in Petro vere, et realiter est idem cum rationali, et cum reliquis praedicatis Petri; ergo cognitio, quae cognoscit animal in Petro, cognoscit simul rationale, et reliqua praedicata Petri, quae identificantur cum illo: ergo non praecindit obiectiue unam formalitatem ab alia.

Confirmatur, quia intrus cognitionis nihil tribuit obiectis, quae vere cognoscit praeter extrinsecam denominationem cogniti: ergo talis est cognitio eodem modo se habet antequam, vel postquam illud attingeret cognitio; sed animal quod est in Petro, antequam cognoscatur est intrinsece totus Petrus: ergo postquam cognitum est idem est intrinsece; ac per consequens cognitio illa non praecindit in obiecto perfectiones, ita ut cognoscatur una, alia non cognita.

Probatur 2o, distinctio rationis est illa forma, per quam res realiter una apparet in tali, alia alia alia alia alia alia, atque ab alia; sed hoc totum dari potest, quin distinctio rationis sit praecisiua ex parte obiecti: ergo distinctio rationis non est praecisiua ex parte obiecti: maiorem desino; probatur minor, eo ipso, quod tota entitas Petri cognoscatur per unam cognitionem

in ordine ad sensationem, et non in ordine ad ratiosinium, et econuerso quando alia cognitio eadem entitas cognoscat in ordine ad ratiosinium, et non in ordine ad sensationem, eadem entitas Petri alia, atque alia apparet intrui; nam tota apparet, ut animal; et tota, ut rale; sed hoc fit absque ulla precisione ex parte obiecti: ergo.

Confirmatur ab exemplo; supponamus Petrum adeo esse à nobis distantem, ut si longius stet, nullatenus ipsum videamus; tunc iudicabimus, esse ens materiale: si propius accedat, et motu conspiciemus, illum esse animal: si propinquior ad hunc fiat, et compositione partium corporis, inferemus esse hominem: si ulterius magis appropinquet, et facie, et aliis accidentibus, quae insunt eidem, cognoscimus esse Petrum; ecce in exemplo omnino hominis diversos conceptus, primum entis materialis; secundum animalis, tertium hominis, quartum Petri; qui conceptus distinguuntur ratione nostra, attingendo totam entitatem Petri, modo in ordine ad unum tantum; modo ad aliud per diversas cognitiones.

Probatur secundo; si ex parte obiecti corresponderent diversae formalitates, illae distinctae realiter essent; sed repugnat animal, et rale in hoc distingui realiter: ergo repugnat, quod sint diversae ex parte obiecti: maior probatur; illa distinguuntur realiter, quae conveniunt praedicata contradictoria; sed convenirent illis praedicata contradictoria: ergo distinguerentur realiter: minor probatur; esse immediate cognitum, et non esse immediate cognitum sunt praedicata contradictoria; sed quando praecisive cognoscit animal per abstractionem, verificarentur haec duo, scilicet animal est immediate cognitum, rale non est immediate cognitum: ergo convenirent illis à parte rei praedicata contradictoria.

Confirmatur; nam de eadem simplici entitate non possunt verificari res, et illius negatio secundum duas diversas formalitates, sed ratio sponi debent duae entitates realiter diversae; ideo quod dicimus, ens impossibile constitui per hoc, quod illi con-

conveniant res, et eius negatio: ergo in ente reali, id nequit admitti; siqui des non constat duabus entitatibus; realiter distinctis.

Restat nunc examinare, quale sit fundamentum distinctionis rationis ratiocinatæ de qua loquimur (nam distinctio rationis ratiocinantis caret fundamento; ideoque non est vera distinctio; sed tantum penes repetitiones synonimas eius dem conceptus, ut ensis, et gladius, ut optime afferat Per Vasq.) quidquid alii dicant et male esse fundamentum distinctionis rationis, existimo proinde fundamentum hoc esse æquivalentias virtuales obiecti; aut si mavis dicere secunditates: hinc advocare debes quidquid diximus de distinctione virtuali fundamentali.

Probatur nostra mens; nam ubicumque datur, quod una in ditis entitas æquivaleat pluribus, aut conveniat cum pluribus, et differat per alias operationes datur fundamentum ad distinctiones rationis; et ablata illa æquivalentia virtuali; non datur fundamentum, ut patet in omnibus entitatibus, quæ ratione distinguuntur: ergo illud constituitur per æquivalentias; vel secunditates obiecti.

Confirmatur quia posita illa secunditate virtuali potest unus actus habere tendentias claras, et obscuras per reduplicationes unius formalitatis; et alter obscuras, et claras circa idem obiectum per reduplicationes alterius formalitatis; sed habita tendentia clara, et obscura prædicto modo circa idem obiectum datur formaliter distinctio rationis: ergo illa secunditas virtualis est fundamentum illius.

Hinc inferes non requiri nario diversos actus; seu diversa connotata, quæ reipsa connotet entitas indistis, ut in illa detur fundamentum prædictum distinctionis; et ratio est, quia potest dari distinctio rationis ratiocinatæ absque illis, supposita secunditate in obiecto: ergo non requiruntur nario; probatur antecedens, quia ratio coloris

distinguitur ratione ab albedine; et tamen non datur connotata diversa in ordine ad quae possint cognosci color, et albedo. Confirmatur, quia definitio, et definitum possunt cognosci in ordine ad connotata diversa, scilicet in ordine ad diversos actus virtutes, et nihilominus non distinguuntur ratione ratiocinata; quia non datur in illis fundamentum distinctionis: ergo.

Ceterum aliqua signa huius fundamenti ad distinctionem requiruntur; sive illa sint operationes, seu effectus provenientes ab entitate realiter indistincta; quales sunt sensatio, et ratiocinium, et similes: sive solum sint signa vocalia ex quibus cognoscatur equivalentia; ut sunt color, et albedo: unde si haec signa appellare volueris connotata, non multum contendam; dummodo non dicas esse necessaria connotata, quae sint effectus in omnibus entibus, quae ratione distinguuntur, ut explicetur fundamentum illorum ad distinctionem rationis.

## Caput sextum vires adversariorum enervantur

Primum argumentum sit: datur praecisio formalis ex modo tendendi extrinseco inter formalitates creatas; ergo datur praecisio obiectiva; ita ut cognoscatur una perfectio intrinseca obiecti, alia non cognita: probatur consequentia; nam maior certa est; quia actui distinguenti ratione unam formalitatem ab alia, necesse est unam formalitatem respondere ex parte obiecti, et aliam non respondere ex parte ipsius obiecti; sed tunc datur formaliter praecisio obiectiva: ergo.

Respondendum est, concesso antecedenti, negando consequentiam ad eius probationem dico, distinctionem rationis unius formalitatis ab alia non provenire ex cognitione, quae ad unam tantum perfectionem obiecti terminetur, et non ad aliam; sed provenire a cognitione attingente aeque omnes perfectiones intrinsecas obiecti; illud tamen cognoscente in ordine ad aliquod connotatum, et non in ordine ad aliud sub eadem reduplicatione: unde provenit, quod idem obiectum appareat, ut unum, et aliud, non vero, quod sit praecisum intrinsece in diversas formalitates, quae

respondeant cogni præsidentis extrinsece ex parte intrus.

Secundus argtus sit: nequit dari conceptus distinctionis, nisi detur unus, et aliud extremus inter quæ exerceatur: ergo nequit dari distinctio rationis, nisi detur una, et alia formalitas ex parte obti præcisa: probatur consequentia; quia distinctio debet dari inter ea, quæ sunt realiter identificata; sed animal, et rationale verbi gratia in homine sunt realiter identificata: ergo per intrus debet fieri unus, et aliud extremus inter quæ sit distinctio rationis; sed hoc nequit fieri nisi detur præcisio obtiva: ergo illa ordinario requiritur ad distinctionem rationis.

Confirmatur, quia distinctio rationis nequit exerceri inter connotata, ut sunt sensatio, et ratio simius ad quæ refertur verbi gratia entitas hominis, quia eius connotata allata in obliquo realiter distinguuntur; distinctio autem rationis non exercetur inter extrema realiter distincta; nec exerceri insuper potest inter cognitiones per quas eadem entitas hominis refertur, quæ etiam realiter distinguntur: ergo solum exercetur in ipsa entitate hominis: ergo in illa præscindi debent duæ formalitates inter quas exerceatur distinctio rationis.

Respondendum distinguendo antecedens: nequit dari conceptus distinctionis realis nisi detur unus, et aliud extremus inter quæ exerceatur; concedo antecedens; conceptus distinctionis rationis; nego antecedens; insuper nego consequentiam ad eius probationem concessa maiori, et minori distinguo consequens: ergo per intrus debent fieri unus, et aliud, id est eadem entitas debet extrinsece apparere, ut unus, et aliud; concedo consequentiam: debet per intrus intrinsece fieri unus, et aliud in obiecto; nego consequentiam: itaque ad distinctiones reales requiritur una, et alia res inter quas exerceatur; ad distinctiones vero rationis, non requiritur unus, et aliud, sed quod exerceatur inter res, et se ipsas per cognitiones referentes illas

ad tres diversos.

Ad 3 fraones omisso toto anti, et 2a coa; distinguo coens: 9o debent prescindi duae fralitates, quae intrinsece ex parte obti tates sint, nego coam: quae solum extrinsece ex parte intrus sint duae; concedo coam: unde tota entitas hois, ut cognita p unam cognem in ordine ad unum terum dicitr extrinsece una fralitas; et ut cognita p aliam cognem in ordine ad alium terum, dicitr extrince alia fralitas: obtum 9o qd cognitr in recto semper e idem indivisibile quoad intrinsecum; formae vero p quas apparet, ut diversum sunt realiter distinctae cum sint cognes diversae.

Sed nota; aliud igitr e qd formae p quas eadem entitas apparet una; atque alia, sint realitr distinctae, et tri sint etiam discti realitr, et aliud longe diversum, qd entitas, quae deo atr apparens sit discta realitr a seipsa, 1m quidem e verum; 2m autem falsum; nam entitas illa, quae deo atr apparens, ut diversa in utraque fralitate, semper e intrinsece indivisibilis.

Tertium argtum sit: ex variis exemplis colligitr nario debere admitti prescisiones obtivas; 1o q dum videmus hoes de longe venientes solum cognimus raones aialis; siquidem de solo aiali possumus raones reddere; non vero de raonali: 9 illa cognio prescindit ex pte obti aial a raonali: 2o Beati vident unam fralitatem divinam sine alia; nam si omnes fralitates Dei viderent, Deum 3prehenderent: sed hoc dici nequit: 9 prescindunt Beati ex pte obti divini: 3o plus cognit Deus de seipso, q dum se totum 3prehendit; quam cognio ego de Deo, q dum cognosco illum ee omnipotentem: 9o mea cognio, qua ego cognio Deum ee omnipotentem non tratr ad omnes fralitates divinas: 9 prescindo obtive unam fralitatem divinam ab aliis: 4o actio Dei trata ad peccatum attingit fralitatem entis phisici, et non attingit raonem fralem peccati; alioqui Deus esset autor peccati: 9 datr prescisio obtiva ex parte peccati.

Respondendum est ad 1m exemplum, negando antecedens; nam omnia praedicata cognoscimus hominis a longe venientis; et de omnibus illis possumus rationem reddere in ordine ad sensationem; tunc enim cognoscunt omnia praedicata hominis in ordine ad illud connotatum; et sic verum dicere, quod videlicet cognoscit in ordine ad sensationem; non tamen cognoscit per illam cognitionem in ordine ad ratiocinium. Ad 2m exemplum dicendum est, Beatos videre clare omnia praedicata, formalitates que divinas, sed non in ordine ad omnia connotata; unde non comprehendunt Deum.

Ad 3m negandum est antecedens; nam licet cognitio divina multo melius cognoscat ipsum Deum quam quaelibet cognitio creata, non tamen plus cognoscit de Deo quam cognitio creata; nam cum Dei entitas sit realiter indivisibilis, non habet magis, aut minus; implicat que quod per aliquam cognitionem attingatur, et non attingatur tota. Ad 4m etiam dicendum est actionem divinam trahatam ad entitatem peccati omnes eius formalitates intrinsecas eque producere; nihilominus tamen Deus non esse Autorem peccati, ut peccatum est; cuius ratio in 3o libro Physicorum deprometur.

# Ad Isagogem Porphirii disputatio 4 de ente universali in communi

## Caput 1: quid sit universale et quotuplex; et an illud detur a parte rei?

Varie accipi consuevit hoc nomen universale, triplici acceptione praecipua gaudet; aliud enim est universale in causando; aliud in significando; aliud denique in essendo, et praedicando: universale in causando dicitur causa illa, quae potest omnes, vel plures effectus producere, ut sunt solum astra, et caelum, quae sunt causae influentes in effectus sublunares; et Deus, qui dicitur causa universalis; universale in significando

seu re prando e id qd e unus plura signans; ut quodlibet signum seu vox signans plura; id quidem e duplex, complexum, et incomplexum; unale complexum e quaelibet propositio universalis; ut omnis homo e animal, incomplexum vero e terminus cois, ut si voces, et conceptus, qui licet sint particulares in existendo, signant aliquid universaliter; ut homo equus et trio res equivoci; ut canis, gallus; de hoc duplici unali hujus genere, nihil in hac disputatione dicendum occurrit de 1o eni unali in libro 2 Physicorum agit; de 2o autem satis dictum e in nostro logices compendio.

Tertium aliud universale in essendo, et prando, de quo in praesentiarum praecipue e sermo: unale in essendo Capletia appellatum unale methaphisicum, ita ab Aristo definit libro 7 Methaphisicae ca 13 textu 45, et coiter ab oibus recepta sic definit, e unum aptum ee in multis, in quae multiplicet; unale in praedicando Cajet logicum appellat; e unum aptum praedicari de multis, in quae multiplicet; unde observandum, non ee pate unale methaphisicum a universale logicum realiter non sit, nam eo ipso, qd aliqd per identitatem sit in multis, potest praedicari de illis, cum quibus identificat: 2, unum ponitur in definitione loco generis, pro qd convenit universale cum singulari, qd e etiam unum; reliquae vero partes apponunt pro differentia, per eas enim discriminat natura unalis a singulari, quae nec apta e ad essendum in multis per identitatem, nec praedicari hoc modo singulari de multis: duo autem veniunt in praedictis definitionibus perscrutanda, nemepe unitas, et multiplicitas, quae duo, quo pacto ab unali afferantur, explicare oportet.

Primo quidem unale debet ee unum non nole, sed res signata pro tale noe; hoc debet afferre rationes aliquas coes, quae una sit in se, non multiplex: sic natura humana e unalis, quae e una ratio coiis pluribus hoibus, et in se una; si enim haec

ratio communis significet per voces incompletas, ut homo, sive per complexas ut animal rationale: nec sufficit unitas nominis adunate; unde excluduntur aequivoca a ratione universalium; licet significentur uno et eodem nomine; quia res significata non est una, sed multiplex.

Rursus 2o, ita debet esse universale unum, ut simul possit esse in multis, et praedicari de illis quantum se et parte sua; quare licet actu non sit multiplex, si ipsum de praecise attingit, id non est universale; sic natura hominis, solis, lunae, mundi est universalis; quia licet actu non sint plures homines, soles, lunae, mundi, nec possint naturaliter produci, possunt tamen dari de potentia saltem Dei absoluta; quae multiplicitas non repugnat unico homini, soli et mundo de facto existentibus, quantum est de parte sua, quod satis est, ut eorum natura sit universalis, et apta ad essendum in multis, et praedicari de illis.

Hinc, illam naturam non posse esse universalem, cui repugnat multiplicari quantum se esse; ut natura divina (et secundum sanctum Thomam species etiam Angelicae) quae licet communicetur tribus divinis personis, non tamen multiplicatur in illis. Hinc etiam discrimen inter communicari, et multiplicari: communicari est, quod sit eadem numero natura in quolibet inferiori: multiplicari vero, quod natura tota universalis sit in quolibet non eadem numero; ita ut natura hominis, quae est in Petro, distinguatur numero a natura, quae in Paulo.

Ulterius universale debet esse in multis multiplicitate essentiali: ita ut illa adaequata ratio, quae universalis, et una, debet adaequate esse multiplicata a parte rei: hoc equidem mirabile Arcanum, nec omnibus illud aperiri, concessum, qui potest capere capiat. Unde in speciebus, non satis est, constare ex pluribus partibus, ut res una dicat

unalis respectu totius partium; nam compositum humanum, licet sit unum, adhuc non est universale respectu partium, ex quibus componitur, siquidem non est compositum adaequate sumptum in singulis partibus; materia enim est a divisive, et forma divisive non est totum compositum; secus autem in natura universali, quae cum tota in singulis inferioribus sit, potest realiter multiplicari in quolibet secundum suum totum essentiale, ita ut de singulis vere affirmari possit, quodlibet esse totam naturam universalem.

At ut essentiam universalis melius percipias, adverte, non esse universale unum in multis per sola communicatione unius ad plura; unica enim albedo unita pluribus superficiebus realiter inter se distinctis non est universalis, sed singularis; ad hoc enim identificatur realiter cum subiectis, quae unitas requiritur, ut universale sit unum in se per identitatem sui cum multis; nec sufficit identificari per se cum illis, sed necessario requiritur, quod multiplicetur in illis.

Duplex igitur est universale tam metaphysicum, quam logicum; aliud est universale formale, et aliud universale fundamentale: universale formale est id, cui proprie convenit definitio tradita; est enim formaliter unum unitate formali, quam res cognoscitur ab intellectu, non cognita pluralitate, ut pluralitas est, v.g. cognosco naturam humanam, ut unam, quin sub illa reduplicatione cognoscam plura individua naturae humanae, ut plura, sed tantum ut unam naturam: universale fundamentale sunt ipsa individua naturae, quatenus inter se sunt similia, et praebent fundamentum intellectui, ut illa cognoscant tanquam unum.

De hoc duplici universali rogamus, utrum detur a parte rei? communis, et fere indubitata opinio docet, praeter voces, et conceptus universales in significando, dari a parte rei naturas fundamentaliter universales ante omnem operationem intellectus et rationis; nam per naturam fundamentaliter universalem nihil aliud intelligi

mus, nisi individua plura similia inter se in aliquo sensu vel operatione; quae similitudo fundamentum praebet nostro intellectui, ut abstrahat, et concipiat rationem quandam unam ipsis individuis unalem, et coem: sic sicut homines, qui existunt, similes sunt in sentiendo, et ratiocinando; unde intellectus potest sumere occasionem, ut apprehendat dari in hominibus tu coe aliquod principium sentiendi, et ratiocinandi ipsi situm unale frale.

Praecipua diffinitio de unali frali: et imprimis reiicienda est sententia Platonis, quae potius delirii est, quam Philosophi hominis digna cogitatio: asseruit enim, naturas unales, quas Ideas appellavit, existere separatas realiter a singularitatibus perpetuas, et aeternas, sitasque esse in concavo lunae; et eoenim dari unale frale a parte rei distinctum a singularitatibus: haec sententia ut pote chymaerica sic improbatur: quia singularitas, et natura identificantur inter se realiter, siquidem quod est a parte rei debet habere peculiares differentias, quibus identificat, et quibus differt ab aliis rebus ita natura humana differt a qualibet alia natura per singularitatem Petri Pauli, et caetera cum quibus identificatur; sed unale in concavo lunae distinguitur realiter a singularitatibus: ergo eiusmodi unale non est admittendum.

Quae sententia tribuitur Scoto in quodlistione 2a quaest. 7, et illius scholasticis distinctione media, quam reiecimus disputatione praecedenti, in quolibet igitur individuo constituit duplicem formalitatem et natura rei distinctam, quarum una sit intrinseca naturae humanae, et alia singularitas eiusque individui, quae duae perfectiones licet habeant identitatem realem, tamen ex natura rei sunt distinctae. Haec sententia omnino falsa quia formalitates quid in aliquo et individuo quae non dentur illae duae perfectiones ex natura rei ante intellectum distinctae, ut supra demonstravi: 2o collectio eius illarum formalitatum naturae, quae sunt in omnibus individuis a parte rei non est quidem unum: ergo a parte rei non est unale frale.

12.6 128

sitalicas solum esse illam collectionem universale fundamentale; et pro intrinsi-
eri unum formaliter: contra; ergo non datur a parte rei universale formale: Su-
per ba canea e tota illa collectio formalitatum à parte rei; quan-
doquidem desit universale unum, et intrinsecum, independens ab illis formalitati-
bus; consequenter multitudo individuorum intrinsece una fieri potest, quam
vis variae sint eiusmodi formalitates et natura rei ante intrinsece
distinctae.

## Caput 2 universale formale repugnat existere à parte rei.

Non solum non dari à parte rei naturam, quae sit formaliter universalis, sed prorsus esse impossibile adstruo; quod sic probatur; eadem entitas realis non potest esse intrinsece divisa, et multiplicata in pluribus, atque simul una, et indivisa; siquidem sunt extrema contradictoria, quae nequeunt convenire uni indivisibili entitati; sed illa entitas esset una, et indivisa; et simul esset divisa, et multiplicata; ergo illa entitas à parte rei involvit contradictionem.

Si dicas predictam entitatem esse impossibilem de potentia ordinaria, non de potentia Dei absoluta; ac per consequens non afferre in se contradictionem; alioquin misterium Trinitatis in se involveret contradictionem, quod nullatenus est dicendum: ergo neque dicendum est, quod illud ens involvat contradictionem; siquidem possibile est in misterio sanctissimae Trinitatis. sed contra; quia licet non repugnet naturam divinam esse in pluribus personis, repugnat tamen esse multiplicatam realiter in illis; ideo non datur in Deo natura, quae sit indivisa, et simul multiplicata; atque quaelibet natura, quae sit formaliter universalis, utrumque peteret, et consequenter contradictionem involveret à parte rei.

Probatur 2.a neque subsequens universale potest esse unum, et multum à parte rei; siquidem quod semel est multum, nequit postea esse

unum à parte rei, nec e contra: quia implicat unalē formale à parte rei: probo antecedens; unitas, et multitudo sunt praedicata intrinseca, et essentialia rebus; sed praedicata intrinseca, et essentialia rebus non possunt modo convenire rei, et modo non convenire eidem; ergo animal in hoc instanti est rationale intrinsece, et essentialiter; nequit in instanti sequenti esse irrationale intrinsece, et essentialiter: ergo neque entitas una in hoc instanti, potest esse multiplex in sequenti; vel e converso.

Et si dicas, illud unale unum esset in multis per identitatem, et adhuc non multiplicaret in illis: contra quia nequiter in creatis conciderem etiam misterium magnum mysterii trinitatis; nam essentia divina identificatur cum tribus personis; et natura unalis creata cum innumeris individuis identificaret; et licet admitteremus in creatis ita eveniret; adhuc non esset unalis; quia non multiplicaret in multis, cum quibus identificaret: ergo eiusmodi unale à parte rei impossibile.

Hinc impugnantur diversi aut hi, qui cum Caietano cap. 4 de ente, et essentia que sua, defendunt, dari ante operationem intellectus unitatem negativam unalis formalis; et ut suam mentem expendam, duplicem unitatem distinguunt; aliam positivam, et aliam negativam; positivam vocant quam habet natura post abstractionem per intellectum à differentiis individualibus: tunc enim est positive indifferens et apta ad essendum in multis: unitatem vero negativam appellant, quam habet natura ex eo precise quod singularis non sit; unde natura humana esse ante intellectum negative una, id est non singularis, nec detracta ad hanc potius singularitatem, quam ad aliam.

Contra tamen; nam ante operationem intellectus non datur natura

ac differt à leone: ergo necessario debet concedi una natura, quae sit idab cum multis.

Sit solutio distinguendo antecedens; si eiusdem speciei humanae fundamentaliter, concedo antecedens: formaliter, nego antecedens: ad 1m, et 2m consequens eandem distinctionem applica: ad probationem antecedentis eodem modo distinguens; nam ut sint eiusdem speciei Petrus, et Paulus, sufficit, quod fundamentaliter sint similes in natura; non quod sint una species formaliter, quae solum in Petro, et Paulo datur ante operationem intellectus singulares naturae, seu singulares homines similes inter se praebentes fundamentum intellectui, ut ab ipsis abstrahat naturam quandam humanam ipsis ... et formaliter universalem.

Ad confirmationem distinguo antecedens; Petrus et Paulus non sunt plures in specie, id est non dissimiles in specie, concedo antecedens: id est non sunt plures entitates in specie numero distinctae, nego antecedens: similiter distinguitur consequens. Ad 2m confirmationem distinctione maioris respondeo: Petrus quia est homo non differt à Paulo numero, nego maiorem: specie, concedo maiorem: numero enim distinguntur Petrus, et Paulus, non tamen specie, in qua similes sunt, et convenientiam fundamentalem habent ad universale formale constituendum: caeterum Petrus non tantum in numero, sed specie differt à leone

## Caput 3. Unitatem universalis formalis post operationem intellectus adstruimus.

Divisione facta in universale fundamentale, et formale, sive logicum, sive metaphysicum, expendendum nobis est, quo pacto universale constituatur unum formaliter. duo dicit universale formale, ut capite 1o exposui; primum est, esse aliqua ratione vere unum; 2m, esse aptum ad existendum in multis: de unitate naturae universalis, quae cum non sit à parte rei, sit ut ... per intellectum, disputamus in praesenti (de aptitudine autem illius inferius dicemus) quae quidem, ut explicet, sic in communi definiri solet; unitas est

in divisio rei in plura; et a contra illud dicitur unus, quod est indivisus in se, et divisus à quolibet alio: an vero unitas constituat aliquid positivum, vel negativum non est presentis loci; est enim prorsus res methaphysica.

Predicta unitas multiplex est; primo dividitur in unitatem per accidens, et unitatem per se: unitas per accidens est, que datur inter plura diversi ordinis inter se unita, ut in substantia, et accidenti; vel inter entitates nulla unione copullatas; ut acervus lapidum: unitas per se est, que datur, vel in re simplici et indivisibili, v.g. Angelus: vel inter substantias incompletas, et ex natura sua ordinatas ad unionem; v.g. homo, qui ex materia, et anima rationali inter se unitis componitur.

Insuper dividitur in unitatem numericam, formalem, et presisionis; unitas numerica est, qua res dicitur indivisa in plura, et singularis, ut Petrus: unitas formalis, seu spesifica est, que datur inter res unius speciei, vel unius generis; ut inter Petrum, et Paulum, qui sunt unius speciei; et inter hominem, et equum, qui sunt eiusdem generis: hec unitas formalis non datur vere à parte rei, sed tantum fundamentaliter, ut supra dixi, nam à parte rei non datur una species formalis, et unum genus; sed plura individua convenientia, et similia: unde unitas precisionis erit illa, que ab intellectu fit, cognoscente illa plura redduplicative, ut una sunt in ordine ad unum cognitum, et non in ordine ad aliud; qua unitate natura redditur una aptum ad essendum in pluribus.

His predictis, nostra et vera sententia sit, naturam universales constitui unam formalitate unitatem intentionalem, seu presisionis formalis; hec unitas, quam et abstractio dicit, est formalis cognitio, que plura individua cognoscit, ut unum, ita confuse, ut unum ab alio non distinguat, v.g. hec apprehentio homo

talis cognit. in dua humana, ut non explicet eorum differentias ut tales, ac proinde naturá humana denominet una in intell.

Probat facile hec conclusio; nam illud est unitas precisionis, per quam post intus operationem natura redditur unum aptum, et indiferens ad essendum in pluribus; siquidem ante operationem intus nequit reddi unum formalitus; sed formaliter cognitione abstrahente, natura redditur unum aptum ad essendum in pluribus: ergo unitas, quam habet una le, sola est intentionalis proveniens formalit. ab intus: minor probat, maior enim ab omnibus admissa est; nam posita precice cognitione abstrahente, et confuse cognoscente plura in quibus due homo, ut inter se similia, et convenientia; et non quatenus differunt, non est quod formalit. multiplex; ut enim essent quod formalit. multiplex, debebant cognosci ipsorum differentie inter se: ergo formalit. per cognitionem abstrahentem naturam humanam á individuis, reddit ipsa natura unum aptum, et indiferens ad plura.

Quaeres 2: quisnam conceptus absolute loquendo appellandus sit genus; et quisnam differentia, quando species constituitur ex duplici conceptu diuisiue generico? respondeo, illum conceptum absolute dicendum genericum, qui est universalior, et per quem species cum pluribus convenit; illum vero dicendum absolute differentiam, per quem species differt à pluribus; sic in specie humana communiter dici solet, animal esse genus, et rationale esse differentiam, quia à pluribus differt homo per rationale, quam per animal: si tamen uterque conceptus sit aeque universalis, nullam dari differentiae rationem, cur potius unus conceptus dicatur genus, aut differentia, quam alter.

Quaeres 3, quid requiratur ad compositionem metaphysicam speciei ex genere, et differentia? respondeo, ad talem compositionem requiri tres cognitiones, primam generis secundum se, alteram differentiae secundum se; et alteram utriusque simul, quae indicet de identitate illorum, ut requiritur apprehensio abstrahens rationem animalis, et apprehensio abstrahens rationem rationalis, et rursus iudicium, quod utrumque

componat; ut aial in hoe ē rationale: an de genus non com- 192
ponit species, ut genus ē; in illa enim compositione perit rōo frālis
generis; q̄ genus, ut coniunctus cum hac diffra, repugnat indeter-
tati cum alius differentiis, ad quas extendit in rōone generis.

Quaeres 4; an diffra constituat unālis, et prābilis frālitr, ordine ad species, quas constituit: ad cuius expeditionem notabis, cum tribus posse comparari posse diffras, v.g. rationale, primo cum genere, qd dividit, et limitat, videlicet cum aiali: secundo cum specie, quam constituit scilicet hoie: tertio cum inferioribus, de qq praedicatr, v.g. Petro, Paulo: certum enim ē, qd diffra ē unālis, et prābilis in ordine ad inferiora; cum praedicetr de illis tanquam rōo superior, et magis late patens, quam inferiora: etiam certum ē qd non sit unālis, et prābilis in ordine ad genus, qd dividit, et limitat; q̄ ē praedicatum inferius respectu generis, ideoq̄ praedicatio nequit ēe unālis.

Sensere aliqui DDs, diffras ēe unāles, et prābiles per ordinem ad species, quas constituit. Nos tamen cum Pe. Pr̄e dispositione h logicae paragrafo -, et aliis negativam partem adstruimus: probatr 1; nam diffra respectu illorum ē unālis, quorum ē rōo superior; sed rationale non ē superior rōo ex respectu hois: g° non ē unāle respectu illius: probatr minor, q̄ rationale convertitr cum hoe; valet enim, ē rationalis: g° homo; et e contra; rōo autem superior non convertitr cum suo inferiori; eo qd istud minus late pateat, quam illud.

Probatr 2; q̄ unāle debet ēe multiplicabile in suis inferioribus; sed rationale non ē multiplicabile in hoe, et Pro; q̄ homo, et Pe non sunt diversa rationalia; sed unum: alioquin idem oto aial,

qd reperitur in Petro, non reperiretur in hoc; Petrus enim seatenus est rationabilis, quatenus est homo: ergo rationale respectu hominis non est universale; ut hic igitur ratio communis abstrahi possit à duobus inferioribus, debent inferiora haec adaequate distingui saltem ratione; ut sic detur multiplicatio requisita in inferioribus.

Unde respectu speciei rationale est praedicabile; non vero est universale; quia non est praedicabile tanquam superius de inferiori; quae enim latè patet rationale, et homo praedicatur; et quaque bene praedicatur homo de rationali; ac rationale de homine: alioqui si rationale esset universale respectu hominis, etiam homo deberet esse universalis respectu rationalis, quod nemo admittit: ergo sicut homo solum praedicatur de individuis ratione universali; ita etiam rationale solum de individuis praedicabile est universali ratione; non tamen de homine.

Plura hic solent discuti, à quibus abstinere me fecit cum doctis aliquibus Magistris, quia potius sunt investigati metaphisici, quam logici; haec enim sunt, an genus, vel differentiae subalternae includantur essentialiter in differentia infima? an differentia infima sit simplex, vel composita ex pluribus subalternis: hactenus dicta satis sunt pro differentia, ut praedicabilis est de suis inferioribus.

# Caput 6 quod sit proprium, et accidens quartum, et quintum praedicabile investigat

Proprium, ut communiter accipitur à Philosophis est quod, quod est extra essentiam rei; aliter tamen est communiter definitum; et hoc duplex est; phisicum aliud, et aliud metaphisicum;

et aliud metaphicum: proprium phicum é, qd realiter distinguitr ab ipsa re, cui connaturaliter debetr; ut calor igni, et lux soli: metaphicum é, qd solum distinguitr raone ab essentia; ut risibile respectu hoïs.

Quadrupliciter potest proprium cuenire rei; primo cuenit oïbus indiuis unius speciei, non tamen solis; ut moveri proprium é hoïbus, et aliis rebus: secundo cuenit uni speciei solum; sed non oïbus eius indiuis; ut eē musicum, aut architectum, qd quidem proprium é solius naturæ humanæ; sed non oïbus hoïbus cuenit in particulari: 3 cuenit oïbus, et solis induis unius speciei, sed non semper; ut actu ridere cuenit hoïbus; sed non pro oï tempore: 4 cuenit oïbus solis, et semper; ut hoï eē risibile.

Cum autem ad proprium non nisi ea prædta pertineant, quæ naturâ debentr essentiæ, et illam commitantur inseparabiliter, dicendum é de secundo, et tertio modo, qd non pertineant ad hoc 4 prædicabile; de 4, et de 1 modo dicendum é, qd utrumque dicitr in præsenti proprium prædicabile; et raō é, q proprium, ut ad hoc prædicabile spectat, é illud prædtum cõe, qd non é essentiale, et differt ab accidenti, q se habet tanquam passio rei, á qua dimanat; sed proprium utroque modo sumptum é extra essentiam rei, et differt, ut passio ab accidenti; siquidem é prædtum naturâ debitum, et non é essentiale: ergo utroque modo pertinet ad 4 prædicabile: qd autem proprium primo modo sumptum cueniat alteri speciei, non præbet illi prætexto, qd accidens sit; sic albus proprium é ovo, et proprium é nivi; adhuc tamen si in rigore loquendum sit solum proprium quarti modi dicitr proprium stricte sumptum; reliqua vero

1, 2, et 3 modi cum accidenti conveniunt.

Hactenus de proprio intentionaliter accepto; agendo vero de proprio secundae intentionis; seu secundum ea, quae ab intra habet, nempe secundum ipsius universalitatem, et praedicabilitatem, sic est definiendum sicut universale; est unum aptum praedicari de pluribus in quale, et debitum necessario: sed notandum est, proprium sic definitum non esse de quidditate rei logice loquendo; et ita differre a reliquis praedicabilibus.

Secundo notandum est proprium, quod 4 modo soli speciei convenit, non constitui in ratione universalis per ordinem ad speciem, sed per ordinem ad individua speciei ut risibile exercet rationem universalis respectu Petri, et Pauli, non vero respectu hominis, qui est species; cuius ratio constat ex dictis capite praecedenti circa differentias. Tertio notandum est, illud praedicatum, quod est proprium respectu unius posse pertinere ad aliud praedicabile respectu alterius; ut risibile est proprium in hac propositione homo est risibilis: at in ista, hoc risibile, est risibile exercet munus speciei.

Superest 5, et ultimum praedicabile accidentis extricare: accidens ergo 1° intentionaliter, id est res illa, quae accidere dicitur alicui subiecto, duplex est; aliud entitativum; aliud vero praedicabile: entitativum est id, quod in se est entitas accidentalis, qualis est calor, frigus, et albedo: accidens praedicabile est id quod sive in se sit substantia, sive accidens, est quod est extra essentiam subiecti, cui attribuitur; nec ab illa dimanans necessario, sed contingenter illi adveniens; tale est, esse vestitum respectu hominis; licet enim vestis sit substantia, accidentaliter

trifuiti hoi.

De hoc autem accidenti prabili loquimur; nam sic opponitur proprio, qd nario debetur essentiæ rei; unde licet accidens alicui hoi in particulari deberetur connaturaliter; qa tamen naturæ humanæ essentiæ non debetur, ē accidens respectu illius naturæ, et etiam respectu illius hois in particulari; sic hoi ætiopi connaturaliter debetur nigredo; ad huc tamen naturæ humanæ non debetur; ideoque nigredo erit accidens respectu illius ætiopis.

Accidens prabile sic definitur a Porphyrio, ē id, qd adest, et abest sine subti corruptione: sed hæc defio nulla ē; nam si loquitur de corruptione philo morbi letalis accidentia sunt, quæ corrumpunt etiam subtum: si vero loquatur de corruptione metaphysica subti, tunc etiam proprio conveniet defio; nam licet abesset visibile a hoe, maneret adhuc essentia hois integra: melius tamen definitur accidens ab aliis, qd potest inesse, et non inesse subto; quam defionem admittimus, si intelligatur ēē accidens, qd non sit debitum essentiæ subti; qa non sufficit, ut precise possit abesse, vel adesse; nam hæc a prabio Proprii homo habet actu pedes, licet possit carere pedibus; qa pedes actu habere debetur essentiæ hois.

Pro accidenti 2 intentionis, ut unali, hæc ē recta defio; ē unum aptum prari de pluribus inæquale oio contingenter. ply prari de pluribus convenit cum reliquis prabilibus; ply inæquale convenit cum diffra, et proprio; sed ply contingenter differt accidens a reliquis prabilibus; qa omnia alia semper nario prantur.

Hinc colliges 1, accidens praedicari pro ratione accidentis sumptus non in abstracto, sed in concreto: ratio est; nam de substantiis v.g. de Petro, et Paulo nequit dici, eos esse albedinem, sed esse albos: ergo nequit dici de illis in abstracto, sed in concreto. Colliges 2, ad rationem proximam accidentis, ut universalis, requiri plura subiecta actu existentia sub forma v.g. albedinis; at ut predicetur quantumque esse, sufficit, si sint potentia plura subiecta alba, de quibus possit praedicari.

# Disputatio 6 de rebus ante predicamentis, predicamentis, et post predicamentis.

## Caput 1; ante predicamenta, nempe univoca, equivoca denominativa, et analoga premittuntur.

Sat diximus in nostro compendio Dialecticae de rebus univocis, equivocis denominativis, et analogis: hic tamen loquitur Aristoteles non de nominibus, sed de rebus per talia nomina significatis; quae res ante predicamenta nuncupantur, quia ante tractationem predicamentorum de illis Philosophus tractatum premisit. Univoca ergo sunt, quorum nomen est idem, ratio vero significata per nomen est omnino eadem: sic Petrus, et Paulus, et reliqui homines sunt res univocae, quia significantur ab eadem voce, homo, et conveniunt inter se in ratione propria hominis: nomen idem est genus in hac definitione, quod id etiam convenit equivocis denominativis, et analogis; reliquae partes sunt differentiae, per quas univoca à reliquis differunt.

Equivoca

quorum nomen est idem, ratio vero signata per nomen est diversa; in qua etiam definitione definiuntur res aequivocae, quae appellantur aequivoca aequivocata; voces autem significantes res, dicuntur aequivoca aequivocantia (quod simili modo intelligendum est de univocis univocatis, et univocantibus) sic canis latrabilis, et canis caelestis aequivocantur; quia licet nomen canis sit idem, ratio vero seu conceptus illi voci respondens, diversus est.

Duo hic notanda veniunt; primum est, quod quae aequivocati respectu unius vocis, possunt univoce significari per aliud nomen, v.g. canis caelestis, terrestris, et marinus aequivoce significantur per hanc vocem canis; univoce vero per hanc vocem corpus, et substantia, quia istae voces significant rationem communem corporis, quae reperitur de illis tribus; at ex parte objecti ea tria conveniunt vere in ratione corporis et substantiae.

Secundum est, aequivoca nomina alia dici a casu, et alia a Consilio; a casu est, quando nomen fortuito, et ut placuit imponenti, significat, ut Gallus dicitur de nato in Gallia, et fortuito de avi; a Consilio vero dicuntur quando imposita fuerunt propter aliquales proportiones, quas habent, v.g. canis quod nomen impositum fuit sideri propter nimium aestum, et calorem ad similitudinem caloris canis terrestris: sed haec aequivoca a Consilio cum analogis convertio converti converti cum Praeceptore mihi extra dubium est.

Denominativa, ut definivit Aristoteles, quae ab aliquo nominis appellationem habent solo differentia casu, v.g. albus appellatur ab albedine, fortis a fortitudine derivatur: unde concreta ipsa denominata ratione formae, quam habent non autem quaelibet in abstracto signata,

199 denominativa dicuntur; itaque in denominativis advertes subtus scibicet quod denominati sunt denominantes, concretus et utroque resultans: hoc concretus, ut significatur in derivato a nobe formae, denominativus dicitur, et quod praedicatas desiones et conitas.

Aliquot requisita ad denominativa requires; 1um est, denominativa habere appellationes ab aliquo, quae derivatio non debet esse grammaticalis, sed logica; quia prius secundum rerum essentias est iustitia, ergo, quae primum iustus denominat, quam conjunctus: secundum est, denominativa differre casu a forma denominante, hoc est differre in cadentia vocis, sicut iustitia, et iustus differunt in ultimis syllabis; id enim signat vox illa casu.

Analoga sic communiter ab Aris. definiuntur, quorum nomen est commune; ratio vero signata per nomen partim est eadem, et partim diversa; exempla sint homo verus, et homo pictus; qui quidem in nomine hominis conveniunt; in re vero signata partim conveniunt quoad exteriores figuras; partim vero differunt, cum essentia utriusque diversa sit: dividuntur communiter tripliciter analoga, scilicet in analoga inaequalitatis, analoga attributionis, et analoga proportionalitatis; analoga enim inaequalitatis sunt quorum nomen est commune, et ratio signata est eadem inaequalitate tamen participata; ergo animal, quod convenit homini, et equo, et signat eandem rationem perfecte communem utrique; hanc tamen cum inaequali perfectione participant homo, et equus; animal enim prout in homine contractum perfectius est, quam in equo; sed haec in rigore apud omnes analoga non esse certum est; nam et ipsa definitione constat, esse univoca; quia ratio signata est omnino eadem, quod est proprium univocorum.

Analoga attributionis ita et ponuntur; quorum nomen est commune, ratio vero significata absolute est diversa, et eadem secundum quid; exemplum sit in hac voce Sanum respectu animalis, medicinæ, et cursus; animal dicitur sanum, quod habet temperiem debitam humorum in se; medicina etiam, quod est causa sanitatis, dicitur sana; pulsus item dicitur sanus, quod est signum sanitatis: unde diversæ rationes sanitatis conveniunt animali, medicinæ, et pulsui; et tamen sunt in ordine ad unum terminum, videlicet ad sanitatem, quæ est in animali medicina, et pulsu.

Analoga proportionalitatis sunt, quorum nomen est commune, ratio vero significata partim est diversa, et partim eadem secundum proportionem; sic se habet risus verus hominis, et per metaphoram viriditas prati, quæ dicuntur analoga proportionalitatis: habent enim idem nomen commune: præterea significatum huius vocis risus, quia ambo significantur partim est diversum, cum in hoc sit risus verus, et in prato sola viriditas; partim etiam sunt idem secundum proportionem; nam sicut se habet risus ad indicandam hominis valetudinem, bonamque humorum temperiem; sic viriditas prati se habet ad indicandam segetum, aut prati temperiem, unde ut supra notavi, æquivoca a Consilio sunt analoga proportionalitatis.

Ex hac explicatione non difficile colliges discrimen huius analogiæ ab analogia attributionis; nam in analogis attributionis terminus est omnino idem, videlicet sanitas, ad quam ordinantur animal, pulsus, et medicina: at in analogis proportionalitatis terminus non est idem; neque enim idem risus, qui hominem denominat ridentem, denominat etiam pratum ridens; convenientia enim, et proportio diversarum rerum, seu diversarum proportionum inter

se constituit analoga proportionalitatis.

Deinde quarto analogorum genus addunt hic plurimi, quae vocant analoga rationis communis, alii vero vocant analoga transcendentis; hanc analogiam dari, affirmant quando ratio una communis pluribus, quae illam participant, taliter tamen, ut in illa partim conveniant inferiora, et partim differant: aiunt itaque dari omnibus entibus realibus rationem quandam communem entis ab omnibus abstractam, imo et ab ipso Deo; in qua ratione prout abstracta, conveniunt omnia entia; unde sunt ex hac parte eadem; differunt tamen aliunde etiam per rationem istam entis; nam cum singula entia ab invicem differant per suas proprias differentias, quae differentiae sunt explicite ens, inde est, quod differant per ens; atque adeo in ratione entis exercentur convenientia entium, et simul eorum differentiae; et partim conveniant, et partim differant; et consequenter affirmant, dari rationem communem entis analogam; sed quid nobis dicendum, capite sequenti constabit.

## Caput 2 potest abstrahi ratio communis entis a Deo et Creaturis, substantia, et accidenti, quae sit univoca non tamen analoga.

Quaestio procedit de ente quatenus hoc nomen *ens* accipitur pro omnibus entibus realibus, videlicet Deo, creaturis omnibus possibilibus, et existentibus; non quatenus analogice, et improprie extendi potest ad ens negativum, et rationis: certum enim est, in hoc sensu analogico non dari rationem entis communem, quae ab ente reali positivo, negativo, et rationis abstrahatur, ut 1 capite disputationis praecedentis indicavi: rursus non sumitur hoc nomen *ens* quatenus rigorosissime potest accipi, ita ut solum significet ens per se, et independens ab alio; hac

entis ratione, non est dubium, non posse abstrahi raones coes à Deo, et Creaturis; quia Deus ut pote ens per se independens ab alio non conuenit cum creaturis: accipitur ergo ens in praesenti, coi, et propria significatione, quatenus opponitur chymerae, et nihilo; et solet definiri, quod intrinsece non repugnat existere à parte rei.

Non posse dari unam raonem coem entis abstractam à Deo, et Creaturis tam substantialibus, quam accidentalibus, sentiunt Caietanus, et plures thomistae, quos adde Pater Vasques 1a parte disputatione 114 numero 5, et Pater Fonseca 4 Metaphysicae cap 2 questione 2 sect 4. Oppositam sententiam defendunt Pater Suarez, Pater Hurtado, Pater Arriaga, Pater Oviedo, Pater Alfonsus cum omnibus fere Recentioribus.

Probatur haec nostra sententia, quae docet, posse abstrahi tales raones coes entis; nam quoties datur inter plura vera conuenientia potest ab illis abstrahi rao cois; sed Deus, et Creatura, substantia, et accidens vere conueniunt in raone entis realis, quod non repugnat existere à parte rei: ergo ab illis omnibus potest abstrahi rao cois: maior est certa, minor probatur; quia Deo non repugnat vere existere à parte rei; etiam nec Creaturae repugnat sicut nec substantiae et accidenti: ergo vere conueniunt in raone entis realis.

Probatur 2; potest intellectus noster cognoscere omnia entia ita confuse ut non distinguat inter Deum, et Creaturas (idem dictum esto de substantia, et accidenti) illa tamen solum distinguendo à puro nihilo; sed hoc est abstrahere raones coes: ergo: maior probatur; quando intellectus concipit, posse aliquid existere à parte rei, per hoc solum non distinguit, an sit Deus, vel potius Creatura

202 ergo potest cognoscere, esse omnia illa, quin illa plura distinguat intra se.

Confirmatur 1., ens ut sic praedicabile saltem radicaliter de pluribus, vere praedicari potest de Deo, et Creaturis; vere enim dicimus, Deus est intrinsece ens, Creatura est intrinsece ens: ergo. Confirmatur 2. omnibus rationibus, quae a nobis afferuntur ad probandum dari rationem communem universalis, v.g. animalis cognitivi in ordine ad connotatum sentiendi, in quo conveniunt omnia animalia: ergo similiter de omnibus entibus in uno praedicato convenientibus potest abstrahi ratio communis.

Opponunt tamen adversarii, praecipue, qui obiective praescindunt; abstrahere aliquam rationem communem est separare illam ab inferioribus; sed repugnat separare rationem entis ab entibus realibus: ergo repugnat abstrahi rationem entis: minor probatur, nam eam ens intime includatur in ultimis differentiis: Deus enim quatenus est Deus, formaliter est ens; Creatura quatenus est Creatura, formaliter est ens; licet a Deo, et Creatura separetur ratio entis, adhuc haec manet inclusa in Deo ut tali tali tali tali tali tali tali tali tali tali tali ut tali, et in Creatura ut tali ratio entis: ergo.

Confirmatur 2., eo ipso, quod ens separetur a contractis differentiis, differentiae separantur ab ente; sed repugnat, eas ab ente separari: ergo repugnat ens ab illis separari, et abstrahi. Confirmatur 2.; implicat, unum separari ab alio, et in illo manere; sed ens semper manet in differentiis: ergo nequit ab illis separari: hoc est robur, et fundamentum adversariorum; sed meo videri adeo invalidum, et cassum.

Respondendum est, obiectiones factas, si loqueretur de separatione reali, recte concluderent

at de separatione intentio nobi, nullam esse: et ut oēs arguti quis enervetur, adomitto, ens includi in ultimis differentiis, cuius ratio in Metaphysica, ubi propriam sedem occupat, eius disquisitio, manifesta perstabit ad quod tamen assero, non solum ens prescindi posse per intellectum à suis differentiis; quod certum, ut in proemio, sed etiam differentias prescindi posse ab ente ratione nostram, non obstante, quod ens transcendat omnes ultimas differentias.

Probatur, quia differentiae entis habent connotata diversa à connotatis entis; sed quae habent connotata diversa, distinguuntur inter se, et separantur per intellectum: ergo differentiae entis sic se habent: probatur maior, quia concipere aliquid productum ab alio, est illud concipere ut creaturam; sed tunc non concipitur, ut ens reale: ergo. Similiter accidens potest concipi ut tale, et quatenus petit inherere subiecto, non tamen quatenus est ens reale: ergo.

Unde ad argumentum respondeo, distinguendo maiorem, abstrahere rationem communem est separare illam ab inferioribus ex parte obiecti, et intrinsece; nego maiorem: ex parte cognitionis, et extrinsece; concedo maiorem: itaque in huiusmodi propositionibus eadem distinctio adhibenda est: quod enim differentiae non possint separari ab ente, provenit, quia ex parte obiecti nulla datur intrinseca separatio; quia quaelibet differentia est intrinsece una indivisibilis entitas; quapropter cognitio, quae trahitur ad differentias, trahitur etiam ad ens, vel e contra: ceterum non inde infertur, non posse trahi ad differentias clare, et ad ens, ut tale confuse: sic enim licet actus amoris erga Deum nequeant cognosci, quin cognoscatur Deus; at optime potest cognosci clare Deus, quin cognoscatur ille actus amoris, ut talis eadem claritate se habente praecise ex parte cognitionis. Et ad 2 confirmationem loquendo de separatione per intellectum, non vero

de separatione reali, eandem doctrinam applica.

Ulterius animaduertes, quod non infertur ex eo quod possit abstrahi ratio communis à Deo, et Creaturis, quod in Deo non existeret ex parte debitum aliquod praedicatum magis perfectum, quam aliquod praedicatum Creaturae; quia illa aequalitas, quae reperitur in aliqua ratione communi respectu inferiorum, solum se habet ex parte cognitionis attingentis conuenientiam in ordine ad unum connotatum; at ex parte inferiorum inter se sunt inaequalia praedicata, quia unum differt ab alio ratione maioris, vel minoris perfectionis.

Rursus ratio communis entis abstrahit à Creato et in Creato (sicut à necessario, quod in Deo est, et à contingenti, quod est in Creatura) nam solum cognitio ex parte obiecti attingit Creatum, et in Creatum, scilicet Deum, et Creaturas; confuse tamen cognoscit utrumque ex parte actus. Item non repugnat Deo aliqua compositio rationis, id est duae formalitates ratione distinctae, licet repugnet compositio realis; compositio enim rationis in Deo est argumentum entitatis simplicis diuinae aequivalentis pluribus entitatibus ad distinctiones rationis efformandas.

Hinc aliqua colloraria deducuntur; primum sit, hanc rationem communem solum esse univocam non analogam; nam impossibile est, quod abstrahatur ratio communis, quando conceptum abstrahentem explicantur differentiae ut tales: ergo ut abstrahatur ratio communis, debet per cognitionem abstrahentem nulla differentia, ut talis explicari: ergo ratio, quae abstrahitur, solum est univoca; nam ut esset analoga etiam secundum aduersarios, debebant inferiora conuenire, et differre inter se per cognitionem abstrahentem rationem communem; sed per cognitionem abstrahentem solum clare cognoscitur conuenientia, non differentia, inferiorum inter se: ergo.

Vnde nullus
inconveniens e, ut obiiciunt adversarii, qd rao entis
foret genus; et qd Deus foret species subiicibilis, licet
simpliciter qd sit species probabilis; qd Deus contineatr sub
genere, et conveniat cum creaturis in ee substantie, et entis,
et expresse docet Sanctus Joannes Damascenus, Sanctus Augu-
sti, de trinitate cape 8, quos refert Rivas 1 parte dispu-
tione 22 cape 2.

Secundum collorarium, posse abstrahi rao-
nes coes entis univocas abente phisice completo, et incom-
pleto: ens completum sive phisice, sive metaphice e qd
non ordinatr ipse ad componendum cum alio unum per se; ens
incompletum, sive phicice, sive metaphisice e qd pre ordi-
dinatr ad componendum cum alio unum per se: probatr igitr;
possunt ego cognoscere, qd e et primitr hac voce ens; sed
in illis non e primitr clare ee completum, vel incomple-
tum: go possunt cognoscere illa entia, quin illa discernas
a completo, vel incompleto.

Tertium sit, a Deo, et Creatu-
ris, que sunt entia completa posse abstrahi rao nes coes entis com-
pleti; ceterum non posse abstrahi raones coes entis completi
a Deo, Creaturis, que sunt entia incompleta, qualia sunt acci-
dentia: neque raones incompletas coes entis ab accidenti-
bus, et Deo, qui ens incompletum non e.

Infine animad-
vertas non quamlibet convenientiam sufficere ad abstrahen-
endam raonem coem entis; non sufficit convenientia negati-
va, que consistit in aliqua minori distantia, que habetur ab
aliquo alio termino; sic Deo dicitur negative convenire cum hoc

quam minus distat ab hoc, quam Angelus: requiritur enim convenientia positiva quae reperitur in duobus, vel pluribus entibus convenientibus in praedicatis similibus.

## Caput 3. de serie praedicatorum notitia expenditur.

Praedicamentum idem sonat, ac enumeratio, et praedicatio; et apud Philosophos extenditur etiam ad signandas res ipsas quae praedicantur; unde nihil aliud est praedicamentum, quam aggregatum ex illis omnibus rationibus praecisis, et intrinsecis, quae de individuis praedicari possunt essentialiter; sic ergo recte definitur, est series praedicatorum, et coordinatio, quae essentialiter a supremo genere conveniunt usque ad individuum; eo modo, quo postea constabit: itaque haec omnia praedicata essentialia unius praedicamenti dicuntur constituere; quod quidem non est unum unitate rationis communis; sed aggregatum ex pluribus unitatibus rationum communium unitate ordinis a superiori usque ad infimum.

Qua in re ad faciendam hanc coordinationem praedicatorum essentialium, debemus scire, quod dentur suprema entium genera, seu suprema capita, ad quae omnia quaecumque entia reducantur, et a quo praedicamentis series, et ordinatio incipiat: licet enim plura possunt esse capita, aut pauciora genera entium, ut videri potest apud Conimbr. hic quaest. 2. communis tamen est sententia omnium Aristotelis interpretum clarissimorum decem suprema genera, seu capita entium substantialium, et accidentalium, in quae adaequate dividitur ens reale; et ad quae reducuntur omnia entia realia saltem creata; nullum enim est ens, quod non sit substantia, vel accidens: quae decem capita vocantur praedicamenta: haec enim sunt, quae hoc disticho continentur: Arbor, Sex, Platon

Frigus, Refrigerat, Ustor; Ruri, Cras, Stabo, nec tunicatus ero: ubi quolibet nomen designat praementus, ut Arbor, substantiam, sex quantitatem designat, nam numerus quantitas est: nator relationem, quia filius dicit ad Patrem: ~~ardere qu~~ frigus qualitatem; nam frigus qualitas est: refrigerat designat actionem: ustor passionem combustionis: Ruri locum, et ubi: Cras tempus seu durationem: Stabo situm corporis; tunicatus vestes, et arma, quae induimur: itaque est substantia quantitas, Relatio qualitas, actio, passio, tempus ubi, situs, et habitus.

His enumeratis, illorum quodque definimus tantummodo, quae partim in Phisicis, partim in Metaphisica, et libris de generatione, ubi proprium locum habent ex professo a nobis tractanda sunt: est igitur substantia, illud quod ipse existit; sine inhaerentia videlicet ad subiectum; ut homo, equus arbor: substantia alia est 1.a videlicet quod est ens indivisum a parte rei: 2.a vero communis praedicatur, quae de pluribus essentialiter praedicatur, ut species, et genera.


Quantitas est illud, ratione cuius unum corpus redditur extensum, et impenetrabile cum alio corpore. Relatio est illud, medio quo entitas res respicit formaliter aliam; sicut Petrus similis Joanni respicit Joannem, Pater filium, et actio terminum: qualitas est accidens, quo subiectum redditur quale; illud perficiendo in essendo, vel in operando, ut calor albedo. Actio est influxus, vel quasi influxus, quo causa efficiens, vel quasi efficiens producit effectum; Passio est influxus, vel quasi influxus, qua causa respiciens

2. 208 effectus ipse producitur, substentat. Ubi est ratio, qua quaelibet entitas existit, et figitur in loco determinato. Tempus, seu duratio est ratio existendi in tempore. Situs est specialis dispositio corporis in ordine ad locum, ut cubatio aut sessio. Habitus est extrinseca denominatio a vestibus quibus tegimur. Est notandum est, licet plura eorum praedicamentorum distinguantur realiter, non nulla tamen solum ratione distinguuntur; uti se habet actio, et passio.

De hisce decem summis generibus, et ex aliis intermediis illa contrahentibus usque ad individuum ordinatur series in unoquoque praedicamento; ut de Petro praedicatur essentialiter esse homo; de homine esse animal; de animali esse vivens; de vivente esse corpus; de corpore demum esse substantia: pro praedicamento autem hoc substantiae, pro quo stat definitio praedicamenti in communi supra tradita (quae definitio non est rigorosa; siquidem proprie non convenit nobis praedicamentis accidentis) maxime proderit, si exempli causa aliquam ipsius effigiem, ut quo ordo iste praedicatorum essentialium facile apprehendatur, ante oculos tibi subiiciam: quam arborem praedicamentalis nuncupatur; ad cuius similitudinem ceterorum accidentium arbores plantari possunt, si forte ordinari queant accidentia, sicuti substantia ordinatur.



corporea
incorporea
corpus
animatum
inanimatum
viuens
Sensibile
insensibile
Rationale
Irrationale
homo
Petreitas
Petrus
Pauleitas
constitutiua
Diuisiua



In hac igitur arbore tres lineas spectabis, unas directas, et duas laterales; linea directa ɔtinet quatuor genera, species infimas, et tandem individuum, qd in se ɔtinet omes raones lineę rectę, et lineę lateralis manus dexterę: linea lateralis dextera ɔtinet differas, quę duo munera exercent videlicet dividendi, seu ɔtrahendi raones superiores genericas, aut specificas; et simul ɔstituendi genus, aut species vel individuum: linea tamen sinistrę manus solum dividit, et contrahit raones superiores genericas, aut specificas.

Septem condi-tiones enumerari solent, ut res in Prędicamento rite collocentur; quarum tres primę pertinent ad voces, quę res signantur: et quatuor altę ad ipsas res; quę memorię mandandę duplici carmine ɔtinentur:

Vox una, et simplex, propriisq accommodat rebus;
Entia per se, finita, realia, tota.

Prima ɔditio est; debet ēē vox una, id est univoca; et excluduntur nisi ɔpramento termini ęquivoci, vel analogi. Secunda ɔditio; vox debet ēē incompleta, et simplex, ut homo, et non completa, ut animal rationale. tertia; debet signare aptē res, quę ponitur in prędicamento, videlicet si res, quę ponitur sit substantia, signetur in concreto, ut animal, et non in abstracto, ut animalitas: si vero sit accidens, signetur in abstracto, ut calor, non in concreto, ut calidum.

Quarta; debet ēē ens per se, sive sit simplex, ut nullo modo ex partibus ɔponatur: sive ex partibus ɔstituatur unitis inter se, quarum una ɔpleat alias, ut homo

212 cuius anima complet corpus; et quaelibet forma substantialis; oppositum
quod entis accidens, quod ex pluribus rebus non unitis componitur,
ut acervus lapidum; vel si unitae sint, una alteram non com-
plet, ut substantia, et accidens unita inter se: unde haec quar-
ta conditio intelligenda est de mari parte praedicamentorum, aut
de illis, quae rigorose sunt praedicamenta; habitus enim in
rigore non est praedicamentum; tantum est unum accidens, ut pote
denominatio extrinseca.

Quinta; debet res collocata in praedicamento esse finita, id est creata non divina; quare
Deus a praedicamento excluditur; quia in nullo ex his decem
praedicamentis collocari potest; non in novem accidentalibus;
Deus enim accidens non est; nec tamen in praedicamento substan-
tiae; quia substantia in praesenti sumitur pro radice omnium
accidentium, quae in novem praedicamentis constituuntur; Deus
autem nullum accidens, ut fide constat, potest in se recipere.
Caeterum dicendum est, Deum posse collocari in alio praedicamento diver-
so, cuius genus supremum non sit substantia creata; sed substantia
ut sic sumpta; et ratio est quia Deus convenit in aliqua ratione generica
cum creaturis, ut capite praecedenti censui; et ita docet ex Recentibus
praeter aliquot antiquiores, Hurtado, Alphonsus, Arriaga, disputatione 8a
Metaphysicae num. 11.

Sexta conditio est; debent esse realia, quae collocantur;
unde negationes, et entia rationis a praedicamento ablegantur omnino, nisi
alia decem praedicamenta negationum, vel rationis fingere velis.
Septima debent esse tota, id est entia phisice completa, vel saltem
metaphisice completa; quare materia, et forma ab his praedicamentis
excluduntur; possent etiam fabricari alia praedicamenta alterius
ordinis esse entia incompleta phisica, vel metaphisica.

Caput 4m quinque post praedicamenta enumerantur.

quinque sunt post praedicamenta, quae praedicamentis in quinque ultimis capitibus adiungit Aristoteles, ut Oppositio, Prioritas, Simultas, Motus, et Habere: Et antequam oppositio, de qua hic disserit, oppositio incompleta, seu quae datur inter res, et obtemperas de oppositione completa, quae versatur inter propositiones, satis egimus libro 2 Summulae. Oppositio 1º sic vulgo definitur, est repugnantia duorum extremorum mutuo, et detrahentium se et expellentium, ut calor, et frigus, quae sunt qualitates contrariae in gradibus intensis, et expellunt se et detrahunt ad invicem a subiecto; unde in hoc sensu non sunt vere oppositae duae formae substantiales; quia quaelibet licet expellat alteram, non petit illam detrahere et expellere ob specialem repugnantiam, quam cum ista habeat in particulari; sed ob repugnantiam generalem, et incompatibilitatem cum quacumque forma substantiali in subiecto, sicut antea calor, et frigus. Rursus haec oppositio debet esse respectu eiusdem subiecti, loci et temporis; nam frigus in manu, et calor in pede non opponuntur; nec opponuntur negatio Antichristi pro tempore praesenti, et Antichristus pro futuro.

Quadruplex oppositio datur, relativa, contraria, privativa, et contradictoria. Oppositio relativa est, quae negat identitatem realem inter ea, quae referuntur: ut relatio paternitatis, quae negat identitatem inter Patrem, et filium, id est Pater detrahere filium expellit a sua entitate, ad quem refertur. Oppositio contraria est, quando duo sub eodem genere maxime distant, et ab eodem subiecto mutuo se expellunt: ut calor, et frigus; amor, et odium: quae definitio non loquitur de contrarietate

metaphysica, qualis datur inter duas differentias specificas, videlicet rationale, et hinnibile; sed de physica contrarietate, qualis datur inter duas qualitates positivas, quae sub eodem genere qualitatis maxime distant in gradibus intensis; nam in gradibus remissis in eodem subiecto possunt compati: dixi positivas; nam visus v.g. caecitati non opponitur contrarie, quia caecitas est ens negativum. Quo hic observa; 1.°, ut haec expulsio non sit effectiva, sed formalis, idest in ratione per suas entitates, non tamen ratione efficiendo qualitates, quae se mutuo expellant; unde lux, et frigiditas non sunt contraria; quia licet lux efficiendo calorem in subiecto, qui expellat frigiditatem, attamen lux non est contraria frigiditati formaliter, sed solum effective: 2.° mento, inter contraria possunt dari media; quia utrumque extremum potest simul abesse a subiecto, ut albedo, et nigredo; aliquando tamen non datur medium ratione contradictionis, quam importat quodlibet extremum, ut sanitas, et aegritudo in subiecto.

Oppositio privativa est, quae datur inter formam, et carentiam illius respectu subiecti capacis; v.g. visus, et caecitas in oculis, qui sunt capaces visus; lapis tamen non est capax illius: unde carentia in oculis opponitur privative formae positivae; in lapide tamen datur negativa oppositio, quia carentia formae in illo dicitur negatio: haec oppositio tam privativa, quam negativa admittit medium; nam lapis neque habet visum, neque caecitatem, et homo caecus neque habet visum, neque negationem illius; sed solum privationem visus; siquidem est subiectum capax.

Deniq; oppositio contradictoria e, que datr intr formas, et eius carentias precise attendendo a subiecto capaci, vel incapaci; ut videre, et non videre: hinc e in ratione oppositionis, et similitudinis eodem modo se habere oppositiones privativas, et contradictorias; ast contradictoria e maior oppositio, quam relativa, et contraria, cum extrema relativa simul coëxistant; et contraria saltem de potentia Dei absoluta possunt coëxistere simul, et insuper medium admittunt; secus vero oppositio contradictoria.

Secundus post praementus e prioritas: modi prioritatis sunt quinque, de qq in Physicis libro 2 dicendum e: primus modus prioritatis e temporis; sic Adamus fuit prior Caino: secunda prioritas e in subsistendi cona; ubi bene valet ab uno ad aliud, non econtra, ut e homo; ergo e anial ubi anial dicitr prius hoc, et non e converso: similitr intr conceptus superiores, et inferiores, ut in exemplo allato; vel intr conceptus eque inferiores, quorum unus supponitr ad alium, ut intr volitiones divinas, et intellectiones. Tertia e ordinis, id e dicuntr priora ea que petit recta ordo, ut ab illis incipiatr; sic Dialectica e prior ordine reliquis scientiis.

Quarta e dignitatis, qua res proceribus, et subditis preit. Quinta e naturae, qua quevis causa, et precipue efficiens e prior suo effectu; ut sol res pectu lucis, ignis res pectu caloris: addenda insuper e huic quinte prioritati prioritas a quo, quando mutua causalitas datr intr duo in diverso genere cause; ut materia 1a, et fra corporea, que habent

216 utriusque dependentiæ et prioritas in quo, quando unum est causa alterius a quo tamen causa non dependet in aliquo genere; sic Deus dicitur causa prior in quo Creaturis, quæ non sunt causa Dei; quibus quinque prioritatibus correspondent aliæ quinque posterioritates, et simultates, quæ possunt explicari simili modo, tertium post prædicamentum; vide, quæ diximus in nostra Parvi logica seu tractatu de Antis: hasque prioritates hoc distico contentas reperies:
Tempore, Natura, Prius, Ordine dic, et Honore;
Causam, Causato dicimus esse prius.

Quartum post prædicamentum motus est, qui est transitus ab uno extremo ad oppositum, eodem manente subiecto: de quo in Philosophia sex tamen complectitur species, videlicet generationes, corruptiones, augmentationes, diminutiones, alterationes, et motus locales, de quibus in libris de generatione agitur. quintum post prædicamentum est de modis habere, in quo Aristoteles septem significationes verbi habere distinguit, nullius fructus est, imo dedecet Dialecticum Virum de his agere, quæ potius ad Grammaticos spectant. Hactenus sit satis primæ operationi intellectus.

# Tractatus 3 de iis, quæ inserviunt secundæ operationi intellectus nempe iuditio ad 2 et 3m Aristotelis librum Perhimenias, sive de interpretatione

Post quam varias Metaphysicas quæstiones, ne discederes ab antiquo nobis more docendi, decu

animus, tandem ad proprias, et veras Dialeticae gressus maturauimus; de iuditio 2a mentis operatione tractatum instituimus, in quo libros duos perihiermenias, seu de interpretatione, idest conceptus mentis per voces explicantes Aristoteles ad inuenit; ideo que de propositione vocali, eius ortis, reliquisque proprietatibus ex professo disseruit; nosque in nostro compendio dialecticae tractauimus: quapropter solum de propositione, seu iuditio mentali, et veritate, ac falsitate ipsius hoc tertio tractatu restotam Jeludimus; omissis ad libros de anima, ad quos legitime spectat aliarum difficultatum examen, in porgunioribus quaestionibus, ne extra Discipulorum captum hic intempestiue inserantur.

# Disputatio 1 de veritate, et falsitate formali propositionum mentalium.

## Caput 1 praemittitur quid sit mentalis propositio, et quodnam illius obiectum?

Secunda in tribus operatio iuditium est; id autem est conceptus mentis, quo mentaliter affirmamus, aut negamus aliquid: ut cum mente assentimur huic veritati, Deus est iustus: haec 2a mentis operatio nihil differt à propositione mentali generaliter sumpta; propositio quo mentalis ex dictis à nobis in compendio Dialecticae de propositionibus vocalibus satis claret, si ea quae ibi de vocali diximus, propositioni mentali, seruata sua proportione, adaptentur, et tamen secundum mentem Philosophi 1 Posteriorum, propositio mentalis perfecte enuntians aliquid de aliquo; quod fit componendo unum cum alio per affirmationes

et tunc erit propositio mentalis affirmativa; vel dividendo unum ab alio per negationem; tunc enim erit negativa: qua propter propositio mentalis etiam appellatur compositio quatenus componit, et coniungit unum extremum cum alio; praeterea dicitur divisio, quia dividit unum extremum ab alio, removendo praedicatum a subiecto.

Circa divisiones propositionis mentalis fere nihil dicendum superest praeter illa, quae a nobis manent exposita in summ. circa divisiones propositionis vocalis: dividitur propositio mentalis in negativam, et affirmativam absolutam, et conditionalem, compositam, et simplicem; et deinceps composita dividitur in copulativam, disiunctivam, propriam, et impropriam, quarum omnium definitiones in vocalibus propositionibus iam supra diximus: solum tamen de propositione disiunctiva impropria hic venit discutiendum.

Disputant Philosophi, an detur in mente propositio disiunctiva impropria? negant aliqui, et pessime, nam opposita sententia vera est, et communis, quam sic probo: propositio disiunctiva impropria illa est, quae indeterminate, et sub disiunctione petit alteram sui partem esse veram; sed hoc non repugnat dari in mente, videlicet hoc iudicium Petrus currit, vel Ioannes studet; siquidem in tribus aliquando elicit actus, qui indeterminate assentiatur alteri saltem ex pluribus partibus; verbi gratia in tribus hominibus, si Petrus mihi promiserit, se studium exerciturum, et Ioannes cursum, et alius tertius aliam quancunque actionem, et tunc incidat dubitatio de impletione promissi circa aliquem ex tribus hominibus, et tamen certissimus

mo r[aliter] sint, non futuros omnes inconstantes in suis promissis, tunc potest intellectus elicere hunc actum, alter saltem ex istis hominibus implebit, quod promisit; et fundamentum habebit, ut assentiatur, et iudicet de uno saltem, licet non possit affirmare de omnibus tribus; sed talis actus est disiunctivus improprius, et fertur indeterminate in aliquem ex illis: ergo potest dari propositio disiunctiva impropria in intellectu.

Confirmatur 1.º quia potest intellectus assentiri determinate uni extremo, et cum formidine, et dubietate alteri extremo; sed tunc datur fundamentum, ut affirmet unum ex illis saltem esse verum: ergo. Confirmatur 2; quia haec propositio vocalis disiunctiva impropria, Petrus currit, vel Ioannes deambulat, habet aliquas veritates: ergo illas exprimere potest intellectus humanus, Angelicus, vel divinus; sed non potest exprimere alio actu, nisi disiunctivo: ergo datur in mente iudicium disiunctivum: probatur minor, quia illa veritas exprimi nequit propositione mentali copulativa, neque categorica de subiecto determinato; neque propositione disiunctiva propria, ut facile probari potest; nam propositio vocalis ita profertur, sicuti concepta prius fuit ab intellectu; ergo solo actu mentali disiunctivo improprio veritas propositionis vocalis exprimitur ab intellectu.

Disputant 2, quale sit obiectum propositionis mentalis? ad quod respondeo, quodlibet de quo potest aliquid affirmari, vel negari, esse obiectum propositionis mentalis; requiritur tamen, ut obiectum proponatur ut verum, ut intellectus eliciat assensum circa illud; unde dici solet, quod intellectus nequeat assentiri falso, ut falso: vel requiritur, ut proponatur, ut falsum, ut intellectus dissentiat illi; nam ut inferius

2_20 dicas, semper enim, antequam intellectus eliciat iudicium esse aliquod obiectum, praecedit apprehensio talis obiecti repraesentans obiectum ut verum, vel ut falsum; nam si simpliciter repraesentet non proponendo veritatem nec falsitatem, manebit intellectus suspensus, quin in aliquam partem se inclinet iudicium ponere, vel assentiendo, vel dissentiendo obiectum, donec adverriat motivum, quod in alteram partem inclinet.

Hinc colligitur, intellectum non posse assentiri duobus contradictoriis simul, si apprehendat, illa esse contradictoria; nam sic evidenter cognoscit, unum ex illis esse falsum, cui dissentitur; et aliud esse verum, cui assentitur.

## Caput 2 an iudicium sit simplex qualitas; et an apprehensio simplex praecedat quemcunque actum iudicii.

Apud omnes in confesso est, propositiones mentales esse qualitates spirituales vitales, quae repraesentando suum obiectum enuntiant, id est affirmat vel negat aliquod de aliquo, ut ex definitione constat: verum esse hanc qualitatem celebris inter Thomisticos controversia est, an illa sit qualitas simplex in entitate sua, vel potius ex partibus composita realiter distinctis inter se.

Triplex fertur opinio; 1a defendit, propositiones mentales componi tribus apprehensionibus distinctis, quarum alia sit subiectum, alia praedicatum, et alia unio utramque apprehensionem copulans; ita Pr Molina, Pr Rubius, et aliqui ex antiquioribus. Caeterum 2a sententia docet, duplici tantum apprehensione crea-

liter distincta] ponit, alia, quę respiciat prædicatum, ut relatum ad subiectum, et illi conveniens; alia quę respiciat subiectum, ut relatum ad prædicatum, et illi conveniens: ita Pr Vasques 3a parte disputatione 02 27 capite 8, et Pr Fonseca cum aliis. Tertia sententia, quam verissimam reputo propugnat, propositiones mentales esse qualitates prorsus simplices, et carentes partibus, seu unicos actus simplices realiter indivisibiles: sic sentiunt Hurtado disputatione 7a de anima sectione 2, Arr Oviedo et plures et Thomistę: probatur 1 hęc sententia impugnatione aliarum, et imprimis 2s modus opinandi, qui constituit tres conceptus distinctos correspondentes subiecto, copulę, et prædicato, nullus est; nam ille conceptus, qui dicitur correspondere copulę est propositio integra: ergo illa propositio mentalis non componitur realiter ex tribus apprehensionibus: probo antecedens; ille conceptus est propositio, qui cognoscit subiectum, et prædicatum identificari inter se; ergo ille conceptus est integra propositio, atqui impossibile est quod cognoscat identitatem utriusque, et quod non cognoscat subiectum identificari cum prædicato: ergo propositio mentalis est unicus, et indivisibilis actus: idem dicendum erit de iudicio negativo; quia eo ipso, quod iudicium attingat distinctionem inter duo, attingit formaliter ipsa duo; cum unum extremum et eludat aliud formaliter per suas entitates, et non per aliud superadditum, ut de distinctionis realis constitutione dicebamus: ergo.

Sed reclamant; conceptus ille, qui correspondet copulę est syncategorematicus, idest per se sumptus non significat, aut cognoscit, si tamen coniungatur cum duobus aliis conceptibus, resultat una integra propositio, quę significat, et cognoscit totum obiectum. ~~ad~~ Contra tamen;

nam implicat aliquis conceptus in mente, qui ipse separatus nihil cognoscat, et coniunctus cum aliis cognoscat; nam omnis conceptus mentis essentialiter est ratio formalis cognoscendi actualiter; alioquin nullo modo esset cognoscitivus; non esset per se, ut supponitur; non per alium actum, quia nulla res potest recipere denominationem cognoscendi ab alio actu realiter distincto, nisi potentia intellectiva; si ergo ille conceptus non esset intellectivus, quomodo ab alio actu poterit recipere tales denominationes? Ergo ille conceptus correspondens copulae eo ipso, quod sit conceptus mentis, debet esse per se cognoscitivus; ita ut repugnet illum existere in mente, et quod ipse non praestet effectum formalem cognoscendi actualiter: sic implicat, quod unio existat sine eo quod actualiter uniat extrema, siquidem est ratio formalis uniendi.

Secundus modus opinandi etiam refellitur; conceptus qui refertur ad praedicatum, ut subiecto conveniens, est integra propositio: ergo propositio mentalis non componitur ex duobus conceptibus realiter distinctis: probatur antecedens, ille conceptus attingit subiectum, et praedicatum, et convenientiam utriusque: ergo unico conceptu salvatur propositio mentalis.

Si quis autem dicat, ideo unum conceptum non esse propositionem, quia non agnoscit convenientiam praedicati cum subiecto affirmando illam; sed tantum se habere sicut quaelibet apprehensio completa. Contra tamen est; nam si mens ex illis duobus conceptibus attingit convenientiam utriusque extremi affirmando illam; etiam licet coniungantur inter se, nihil affirmabunt, ut contingit in coniunctione duarum apprehensionum completarum: ergo si unus conceptus non est propositio; neque uterque propositionem efficiet.

Probatur 2° efficaciter nostra sententia: actus iudicii nequit componi ex apprehensionibus, siquidem apprehendere possumus praedicatum, subiectum, et

copulam, quin tamen extremus iudicium: quia non constat tribus
apprehentionibus: deinde posita sola qualitate vitali,
qua assentimur praedicato, ut convenienti subiecto, et quacunque
apprehentione sublata, datur iudicium, quod sua virtute cog-
noscit praedicatum, et subiectum: quia apprehentiones neque partialiter
componunt iuditium mentale: rursus nequit componi iudicium
ex partibus, quarum quaelibet sit partiale iudicium: quia quaeli-
bet non esset pars, sed adequatum iudicium; cum adequate
cognosceret convenientiam praedicati cum subiecto.

Hinc est 1° quod duo
extrema nequeant comparari quo ad evidentiam, et conve-
nientiam inter se, nisi per unicam tantum qualitatem iudicii,
et non per plures. Hinc est 2° in propositione mentali qua-
litate realiter indivisibili praescindi posse diversas formali-
tates, quae ex modo nostro concipiendi distinguantur: quia in
ordine ad diversa connotata, videlicet in ordine ad
subiectum, in ordine ad copulam, et in ordine ad praedicatum dat
fundamentum, ad illas tres formalitates distinguendas,
quarum alia respondeat subiecto, alia copulae, et alia praedicato;
ut haec propositio mentalis Petrus est homo, refert Petrum, et hominem,
et identitatem utriusque: quia tota eius entitas realiter indi-
visibilis potest concipi in ordine ad diversa connotata realiter
distincta.

Hinc est 3° propositiones compositas, seu hypotheticas
copulativas mentales esse simplices qualitates: quia ut indi-
cium sit propositio hypothetica copulativa v.g. Petrus currit,
et Ioannes deambulat, necesse est, quod cognoscat uniones, et
unitiones utriusque extremi; non sufficit enim quod cognoscat
illa duo extrema secundum se, sed cognitio requirit uniones

et conjunctio rerum v.g. cursus Petri cum deambulatione Ioannis, et separatio cursus, et deambulationis: ergo propositio hypotetica unicum, et indivisibilem conceptum. Unde idem arguitur in reliquis speciebus propositionis hypotetice effari potest; sic in propositione disiunctiva impropria, que tantum dicit unum saltem esse verum, nequit dari diversitas conceptuum: item neque in propositione conditionali v.g. si Petrus curreret movetur, quia illa solum affert unicum conceptum indivisibilem connexionis inter illa duo: idem dicendum erit de propositione causali mentali: ceterum quelibet propositio ex predictis constare potest pluribus horationibus distinctis ratione nostra; non vero realiter loquendo.

Hinc est, dari maximum discrimen inter propositiones vocales, et mentales; nam propositio vocalis constat tribus partibus realiter distinctis; mentalis vero propositio non item; siquidem in vocibus non repugnat sincategorema, sicut repugnat in mente; conceptus enim est actualis cognitio, actuales autem cognitiones non cognoscere actualiter, quando separantur, est manifesta implicatio; at quelibet vox, v.g. est, non est ratio formalis significandi; et ideo stare potest sine eo quod actu significet, et conjuncta cum ceteris potest constituere novum significatum. Nec dices, propositionem vocalem esse signum mentalis propositionis; ergo si illa est divisibilis; ergo et ista: contra; nam aliquid divisibile potest esse signum rei indivisibilis, ut Creatura respectu Dei.

Nec instabis; quod quando successive profertur hec propositio homo est albus, format intellectus tres conceptus distinctos; primum habet conceptum de subiecto; 2um de copula, et 3um de predicato: ergo illud iudicium compositum est. Contra tamen

licet sit verum, quod eliciantur illae tres apprehensiones distinctae, ad hud non resultat iudicium ex illis; quia 1a apprehensio non unitur cum 2a; nec 2a cum tertia, sed elicitur alius actus distinctus ab illis apprehensionibus, qui est iudicium tractum ad totum obiectum; quique idem quod actus sine aliis praecedentibus eliceret, si hoc complexum homo est albus simul fuisset applicatum.

Inde colliges, neque apprehensiones complexas esse qualitates compositas ex partibus realiter distinctis; sed solum unicas indivisibiles qualitates; quia apprehensiones incomplexae non uniuntur inter se, nec ex illis una apprehensio complexa coalescit.

Secunda difficultas est, an semper et necessario praecedat in nobis aliqua apprehensio, antequam iudicium eliciatur? certum est, quod communiter et frequenter contingere solet, quod quando quis elicit aliquem actum iudicii, v.g. Petrus est bonus, praecedat primum in mente apprehensio altera incomplexa Petri, et altera boni, et deinde subsequatur unica complexa, qua Petrus bonus sine affirmatione, vel negatione concipiatur; quae series actuum provenit ex imperfectione nostri intellectus, qui paulatim ab imperfectioribus ad perfectiora procedit, ut determinetur ad affirmandum de Petro potius esse bonum, quam ad id negandum. Prima sententia communiter a Thomistis propugnatur, asserentibus semper, et necessario praerequiri ad iudicium eliciendum aliquam apprehensionem.

His non obstantibus cum Pe. Suar. disputatione 7 de anima sectione 1 nostra opinio sit, non requiri necessario, et semper eas simplices apprehensiones etiam incomplexas, ut eliciatur

 iudicium. Probatur 1; aliquę veritates sunt ita perspicuę, ut respectu illarum sit intellectus prontissimus, dicendo qd libet, vel non est; totum est maius sua parte; et non indigeat prævia aliqua apprehensione: ergo potest intellectus illis assentiri, licet nulla apprehensio præcedat: probatur ans; necessitas præviæ apprehensionis oritur solum ab imperfectione intellectus; sed intellectus respectu ~~parum~~ harum veritatum, quę per se notę sunt, habet sufficientem perfectionem: ergo non indiget prævia apprehensione.

Probatur 2; si ad aliqd requireretur apprehensio, maxime ad determinandum intellectum ad assensum, vel dissensum, ut contendit sententia opposita; sed ad hoc non requiritur: ergo. Probatur minor, quia posita apprehensione tam incompleta, quam complexa, ad huc intellectus est omnino indiferens, ut affirmet, vel neget; ut patet in eo, qui circa veritates aliquas, quas perfecte apprehendit, dubius manet, et poterit se detrahere, ut iudicet oppositum: ergo quęlibet apprehensio non determinat intellectum ad assensum, vel dissensum veritatis.

## Caput 8 qd sit veritas, et falsitas propositionis mentalis, et in quo reperiantur.

Non quęstiones inimus de veritate transcendentali, quę semper comitatur qdcunque ens tanquam illius attributum, quam nunc supersedeo, ut pote ad Metaphysicam attinet: de veritate formali, seu in repræsentando, á qua dicitur vera propositio mentalis, in præsenti quęstione agitamus: non loquimur enim de veritate, prout opponitur mendacio; definitur enim conformitas actus exterioris cum actu mentis interno; ut quando iudico interne

Pm ēē in foro, et externe pronuntio, Pē̃ in foro, 227
non mentior, sive Pq sit re vera in foro, sive non sit, unde
stat optime, actus ēē fraliter falsus, et tamen non ēē mendacium.

Tantus enim loquendus est de veritate, prout opponitur falsitati, que in coi Pm sensu sic definitur; et conformitas actus cum obto ut ē in se; Pq hec propotio Pq ē albus, si re vera datur albedo in Pro, habet veritatem fratem, q̃a conformatur cum obto, ut ē in se: falsitas vero ē difformitas actus cum obto ut ē in se; unde falsa ē hec propotio Pq ē leo: q̃a diversum ē, qd affirmat de Pro, et qd ipse Pq habet in se; ideoq non conformatur cum Pro.

Unde notandus est, me dixisse in defitione cum obto ut ē in se; non tamen ut ē in re; q̃a quamvis obtus non detur a parte rei, potest propotio ēē vera, ut patet in hac propotione Hircocervus ē impossibilis, quare conformatur cum obto illo, ut ē in se, id ē secundum se sumptum.

Notandum ē 2, tria requiri ad conformitatem, et illas res, que conformatur; et illud cum quo conformatur; et illas raones in qua conformatur: illa res, que conformatur ē propotio; res cum qua conformatur ē subtus obtivus; rao vero in qua conformatur, ē pratus obtivus, ut conveniens subto; ac proinde nequit conformari propotio ut intellecta, et re pratta per intrinsecus, nisi detur subtus obtivus cum quo conformatur propotio; et pratus obtivus in quo conformentur subtus obtivus, et propotio.

Hic disputari solet potissimus, in qua nam operationibus mentis reperiatur veritas, et falsitas? de discursu in dicioque secunda, et tertia operatione, supponunt omes Pes posse ēē veras, vel falsas; unde totalis ad apprehentiones

Complexas, et incomplexas de qua loquitur, quae de nostro spectat, quid nomine veritatis intelligatur: ad cuius expeditionem tres praemitto, nullam apprehensionem etiam complexam esse capacem veritatis proprie sumptae, id est assertivae, et assensus, nam assentiri, et dissentiri solum ad iudicium spectat; possum enim audire ab haeretico Deum non esse trinum, tunc apprehendo, Deum non esse trinum, non tamen dicor errare, aut falsum asserere; donec accedat iudicium, quo assentiar illi obiecto: ergo apprehensio complexa proprie veritatem non habet.

Praemitto 2, ad falsitatem non sufficere quamlibet difformitatem actus, sed requiri difformitatem cum ipso obiecto actus: unde non conformari cum eo quod non est obiectum repraesentatum ab actu, non dicitur falsitas; potest stare veritas propositionis huius Deus existit, licet non conformetur cum hoc obiecto Petrus currit.

His expensis, quidquid Pater Vas, et Pater Vallius opinentur, nos tamen cum Patre Hurtado disputatione 9 de anima sectione 2, Patre Oviedo, et aliis quam pluribus censemus, apprehensiones complexas late, et improprie loquendo, habere veritatem, aut falsitatem formales; probatur, quia apprehensio cognoscens Petrum, ut equum, est difformis suo obiecto: ergo est capax falsitatis: antecedens probatur, quia obiectum illius apprehensionis est Petrus; sed Petrus re ipsa non est equus: ergo apprehensio complexa est difformis Petro.

Similiter dicendum de veritate, quia repraesentatio Petri, ut est animal rationale conformatur cum Petro, ut ipse in se est: ergo apprehensio complexa veritatem habet. Confirmatur, apprehensio complexa componit unum cum alio; ergo si ita revera unum extremum est in altero

aut coniunctus cum illo, sicut apprehensio repraesentat, illa dicetur vera: si autem unus extremus non sit in alio, neque cum illo coniunctus, apprehensio dicetur falsa; quia repraesentat aliquid, quod revera ita non contingit.

Sed fatemur, apprehensiones completas, ut iam diximus non habere veritates enuntiativas, quae propria est solius iudicii; et proprie componit unum extremum cum alio per attributiones proprias, substantialiter praedicatum; de qua nobiscum Auctores oppositae sententiae loquuntur, et de illa loquimur, quando dicimus in intellectu circa idem obiectum non reperiri verum, et falsum: caeterum falsitas, et veritas apprehensiva circa idem obiectum optime possunt versari; ut cum dubito, an Petrus sit animal rationale, an non? habeo apprehensiones conformes Petro, et illi difformes.

Assero iudico cum Suarez disputatione 9 sectione 7, et pluribus Thomistis, apprehensiones incompletas nullo modo importare falsitates formales; et ita probo; ubi non est difformitas actus cum obiecto, quod repraesentat, nequit esse falsitas; sed in apprehensione incompleta nequit esse difformitas actus cum obiecto: ergo neque falsitas: maior est constans; minor ostenditur, ut esset difformitas, necesse est, ut aliud in obiecto cognoscatur, et aliud reipsa detur in obiecto; sed apprehensiones incompletae nequit ita contingere; nam solum repraesentat obiectum, quin illi aliquid deneget, quod in obiecto datur: ergo. Confirmatur; non disiungit unum extremum ab alio; secus esset apprehensio completa: ergo hoc, quod est repraesentare praecise obiectum, non est difformare ab illo: ergo non importat formales falsitates.

Iudico ulterius, nec in apprehensione

in complexa reperiri posse veritatem formalem absolute sumptam; etsi renuant P. Hur. et P. Arr.: probatur; quia apprehensio incomplexa nihil habet nisi repraesentare obiectum; sed hoc non est habere veritatem: ergo. Minor probatur, et eo quod actus respiciat obiectum, et obiectum v.g. Petrus sit homo, si actus non attingat Petrum, ut hominem, non habet veritatem: ergo. Confirmatur; veritatem in actu et inde colligimus, quod obiectum ita se habeat sicut agnoscitur: ergo necesse est, ut per actum cognoscatur aliquid in obiecto, quod re ipsa habeat obiectum; sed per actum apprehensionis incomplexae hoc non ita contingit: ergo.

Probatur 2°; hae voces simplices, homo, equus, leo, non habent aliquam conformitatem cum obiecto: ergo neque incomplexa apprehensio; consequentia patet, quia illae voces ideo non habent conformitatem cum obiecto, quia nullum modum significant in obiecto, qui conveniat obiecto; sed simplices apprehensiones incomplexae eadem ratione se habent, siquidem illae voces idem, et eodem modo vocaliter significant, ac apprehensiones significant mentaliter: ergo. Confirmatur; hae voces, homo est animal rationale, ideo habent conformitatem cum obiecto, quia iudicium, cui equivalent, conformitatem habet cum obiecto: ergo si apprehensiones incomplexae haberent veritatem, etiam voces illis correspondentes, veritatem, seu conformitatem haberent; hoc nequit dici; ergo neque illud.

Sed argues 1°; apprehensio incomplexa, v.g. actus, quo repraesentatur Deus, conformatur cum obiecto, ut est in se: ergo habet veritatem. Antecedens probatur; quia apprehensio repraesentat Deum, et Deus datur a parte rei: ergo conformatur cum obiecto, ut est a parte rei. Confirmatur 2°; quaelibet apprehensio incomplexa est repraesentatio sui obiecti: ergo

Conformatur cum suo obiecto, atque adeo importat veritatem. Confirmatur 2° quia illa apprehensio repraesentat obiectum, sicuti est: ergo dicit ad illud conformitatem, seu veritatem.

Respondetur, negando antecedens; et ad probationem distinguo antecedens; apprehensio repraesentat Deum; ita ut repraesentet etiam illum existere à parte rei; nego antecedens: repraesentat praecisè Deum; concedo antecedens; licet ergo Deus, qui repraesentatur per talem apprehensionem existat à parte rei; attamen non repraesentat Deum, ut est à parte rei; et consequenter non conformatur cum obiecto illo, quod apprehensio non repraesentat, ut est in se. Ad 1m confirmationem, concesso antecedenti, negatur consequentia; non idem esse repraesentare obiectum, atque conformari cum illo; quia ad conformitatem requiritur, quod repraesentet obiectum, ut est in se, quod nequit ita repraesentari ab apprehensione incompleta. Ad 2m negatur consequentia; quamvis enim non repraesentet obiectum aliter ac est in se; non ideo repraesentat illud sicuti est in se; ad hoc enim requiritur, ut in obiecto cognoscat modum, sive statum convenientem obiecto; ad illud vero sufficit, quod repraesentet obiectum quod in se tale est, quin cognoscat illud ut est in se.

Argues 2°; si per incompletam apprehensionem repraesentari tanquam aurum id quod revera est auricalcum, apprehensio incompleta erit falsa; quia repraesentat obiectum aliter ac est in se: ergo talis apprehensio est capax falsitatis. Respondetur negando antecedens; nam talis apprehensio solum repraesentat aurum praecisè, neque aliquid repraesentat, quod illi conveniat, aut non conveniat re ipsa; quod autem obiectum repraesentatum aurum non sit revera, id non explicatur per apprehensionem incompletam, quae tantummodo est repraesentatio veri auri abstrahendo ab eo, quod illud existat, vel non existat: ergo illa non potest dici discrepare ab obiecto, nec habere falsitatem: et licet in tali casu intellectus falleretur, deberet elicere apprehensionem, quae repraesentaret

232 aurichal cum, et non aurum; hoc tantum est, intrus falli, non tamen ipsas apprehentiones auri ee falsas; quia ipsa nullum praedicatum tribuit auro, quod illi non conveniat reipsa, sicuti requiritur ad falsitatem.

## caput 4 an veritas sit aliquid intrinsecum, et essentiale actibus veris.

Circa veritatem (idem de falsitate dicendum erit; claritatis autem gratia de sola veritate in posterum loquemur) triplex quaestio suboriri solet, quas distinctum iri volumus, ne quis inter se illas confundat propter earum similitudinem, et si longe diversae sint: 1a est de qua in praesenti, an ille actus, qui semel est verus, possit sine ulla sui variatione intrinseca, et essentiali produci, vel conservari ab intra, casu quo varietur realiter obiectum? 2a est, an veritas sit extrinseca actui, ita ut obiectum sit pars essentialiter constituens veritatem; vel an potius veritas sit totaliter intrinseca actui, constituaturque per solam entitatem actus? 3a est, an propositio, quae semel est vera, mutari possit in falsam? secundam, et tertiam quaestiones seorsim in sequentibus disputationibus indagare fas erit.

In praesenti autem difficultate non dubitatur de propositione vocali, nam cum vocibus significativis, utpote impositis ad significandum ex voluntate, et impositione hominum sit accidentalis significatio, etiam veritas est accidentalis. Suppono 1, dari actus natios, et actus contingentes; illius exemplum quod homo est animal rationale; Antichristus est possibilis; istius exemplum Petrus currit, Joannes extitit; unde

actus varios cum veritate connecti certissimum est; nam nequeunt transire in falsos; sed hujus impotentiæ principium provenit à necessitate indefectibilitatis obiecti, non ab essentia intrinseca ipsorum actuum; quapropter et ea indefectibilitate obiecti non infertur, quod actus illi ab intrinseco, et essentialiter petant veritatem: insuper actus internus divini, et actus fidei supernaturales, aliique similes prosedentes à principio incapaci falsitatis nunquam possunt non habere veritatem. 

Suppono 2, nos loqui de actibus, qui veri sunt, non prout veri sunt, quia actus, qui tingentes et suppositione, quod veri sunt, semper erunt veri; sive illam veritatem petant essentialiter, sive non; ut si pro instanti determinato supponatur Petrum currere, et dicatur Petrus currit in tali instanti talis actus incapax est mutationis, et eodem tempore sit in eodem instanti Petrum currere, et non currere; sed hinc non infertur, actum illum specificative loquendo essentialiter petere veritatem, ita ut destruatur actus, si obiectum varietur.

Prima sententia docet, veritatem non esse accidentalem actui vero; sed essentialiter, et intrinsece petitam ab actu; adeo, ut ille actus non potuerit esse falsus sine sui intrinseca mutatione, aut destructione, casu quo realiter varietur obiectum: ita Pater Suarez disputatione 9 de anima sectione 5 cum aliis Patribus. Secunda sententia adstruit, veritatem esse accidentalem actui vero, ut ille idem actus, qui verus est, potuerit esse falsus, absque eo quod mu-

mutaretur, vel destrueretur intrinse, et eo solum, quod objectum aliter se haberet realiter: haec sententia magis nobis arrisit, Autoribus Patre Arriaga disputatione 11 sessione, Patre Petro Hurtado de anima parte numero 2 quam plurimisque praesentibus Magistris.

Dicendum est 2, actibus veris contingentibus ita esse accidentalem veritatem, ut non pertineat essentialiter illam; itaut haec propositio mentalis Petrus currit, proferri possit, currente Petro; vel etiam non currente eadem persistat; atque adeo quod verus sit, vel falsus, accidentale est huic actioni, et actus in sua entitate ad utrumque indiferens est. Probatur conclusio; catenus connecteretur actus ille cum Petro currente, quatenus postea prolatum, non currente Petro, mutaret objectum; sed non et eo mutaret objectum: ergo actus ille non connectitur essentialiter cum Petro currente: maior constat ex adversariis; probo minorem, quia quod Petrus non currat in re, non tollit, quod possit respirari cursus Petri; alioqui res, quae non existunt, non possent respirari, quod datur falsum est: ergo sive Petrus currat, sive non curriat in re, idem cursus Petri poterit respirari: ergo non mutaret objectum, si proferatur de novo, ipso Petro non currente; siquidem in quocumque eventu ille actus nihil aliud respicit, quam cursum Petri.

Sed respondebis, illum actum Petrus currit, esse respirationem Petri, ut actualiter currentis; et sic nasci connecti cum suo objecto: contra tamen, quia etiam actus falsus Petrus currit, Petro non currente, respirat Petrum ut actualiter currentem; et ad hunc non connectitur essentialiter cum eo, quod Petrus reipsa currat: ergo neque actus verus habet eam essentialem connectionem; si enim

hanc congxionem haberet cum cursu Petri, non posset existere; sed omnino destrueretur, cursu non existente; quod non est dicendum; cum ad liud possit proferri, et conservari talis actus. Probatur 2, ista propositio mentalis, Petrus currit, et ista vocalis, Petrus currit, idem, et pro eodem instanti significant, sed significatio propositionis vocalis non mutat obiectum, sive Petrus currat, sive non curriat, pro tali eodem instanti: maior, et minor admittuntur in sententia contraria; probo consequentiam; nam et eo quod significatio invariata maneat in vocibus currente, vel non currente Petro; sic etiam poterit invariata manere in actibus intrinsecis: ergo propositio mentalis non mutabit obiectum. 283

Probatur 3; quia terminus iste mentalis homo niger modo significat Ioannem, si Ioannes sit niger, et modo significat Petrum, et non Ioannem, si Petrus, et non Ioannes nigredinem habeat; ergo cum terminus iste significet Ioannem, aut Petrum ex suppositione facta, mutata suppositione, transire potest de uno obiecto materiali ad aliud obiectum materiale retinendo semper in se idem obiectum formale respectivum, videlicet homo niger: tunc sic; ergo similiter haec propositio mentalis Petrus currit, si significet cursum Petri de facto, et Petrus currat, mutata suppositione, quod curriat, transibit propositio ad aliud obiectum materiale, videlicet ad non cursum Petri, sistendo tamen in ipso obiecto formaliter respectato, Petrus currit, absque mutatione sui intrinseca; siquidem licet varietur obiectum materiale, sive entitas obiecti existens realiter, nequit variari obiectum formale, quod tota propositio redditur invariabilis.

Dicendum est 2

actibus mentalibus narrtis veris quantumvis est se, est accidentalis veritas, ut si deficeret, y impossibile illis veritas, seu mutaretur obiectum reale, adhuc ipsorum entitas intrinsece, et essentialiter persisteret: probatur conclusio; iste actus contingens Petrus currit, immutabiliter retinet suum obiectum repraesentatum, sive in re Petrus currat, sive non currat; ergo etiam iste actus narrativus verus Petrus est homo, quantumvis est se immutabiliter retinet suum obiectum, sive Petrus sit homo, sive non sit homo: probatur consequentia; ideo propositio contingens retinet invariatum suum obiectum repraesentatum, quia variato obiecto reali, non variatur obiectum intentionale, quod satis est, ut repraesentatio persistat: ergo similiter variato reali obiecto in se narrtio, non variaretur obiectum intentionale, et conservatur eius repraesentatio.

Probatur 2; conceptus cognitionis narrtiuae ad obiectum non est conceptus physicus; sed intentionalis: ergo cognitio narrtiua Antichristus est possibilis, non conectitur cum physica possibilitate Antichristi: probatur consequentia; quia conceptus intentionalis solum requirit intentionalem existentiam, seu possibilitatem obiectivam, et licet Antichristus esset impossibilis physice, haberet tamen possibilitatem obiectivam; nam de Antichristo impossibili secundum se, potest affirmari, quod sit obiective possibilis: ergo illa cognitio non conectitur cum physica possibilitate Antichristi.

Confirmatur; quod propositio sit contingens, vel narrtiua, est denominatio extrinseca desumpta ab obiecto realiter defectibili, vel indefectibili, quae differentia est extrinseca, et per accidens se habet respectu propositionum; quia tam una, quam altera

propositio nihil aliud e, quam repraesentatio mentalis; propositio autem contingens non minus e essentialiter repraesentatio, quam e propositio necessaria: ergo quantum est ex parte propositionum eodem modo se habent: ergo sicut propositio contingens non immutat obiectum repraesentatum, variato realiter obiecto; ita propositio necessaria non immutat obiectum; etsi per impossibile variaretur obiectum realiter, semper enim repraesentaret, v.g. Petrum esse hominem, licet Petrus in re non esset homo.

## Caput sententiae oppositae fundamenta demoliuntur.

Opponuntur; iste actus verus Petrus legit, e similitudo intentionalis sui obiecti, sicut contingit in omni actu vero: ergo talis actus contingens petit essentialiter, quod obiectum ita sit in re sicut repraesentatur ab actu; antecedens est certum probatur consequentia nam omnis similitudo petit, quod res similis ita se habeat, sicut se habet res assimilata: ergo petit essentialiter veritatem: idemque argumentum offerri potest in actu falso; quia cum sit dissimilitudo respectu sui obiecti, essentialiter petit disparari ab obiecto, ita ut res dissimilis aliter se habeat, ac res, cui e dissimilis.

Ad solutionem animadverte hic loqui de similitudine formali, quae e formalis veritas; non autem de similitudine entitativa, seu repraesentationis, quae non e veritas, et convenit e actibus falsis; nam essentialiter hic petunt sive vero, sive falso repraesentare suum obiectum; unde distinguendum est antecedens, e similitudo intentionalis formalis sui obiecti accidentaliter, concedo antecedens; essentialiter, nego antecedens.

288. etiam negatur coa; ad eius probationem distinguendum est antecedens; omnis similitudo formalis, quae essentialiter sit similitudo, petit essentialiter, quod res similis ita se habeat, sicut se habet res assimilata; concedo antecedens; omnis similitudo formalis, quae contingenter sit similitudo, petit illa; nego antecedens.

Itaque sicut actus contingentes non petunt essentialiter habere veritatem, ita neque habere formales similitudines cum obiecto reali; verum quidem est, quod similitudo formalis essentialiter petit, ut res similis ita se habeat, sicut se habet res, cui assimilatur; quia similitudo includit coniunctum ex utroque extremo simili; at unum extremum simile non petit essentialiter esse simile alteri; Petrus enim integer manet in sua entitate, quamvis non detur, nec possibilis sit alius homo, cui sit similis: unde illa entitas, seu propositio mentalis, quae contingenter est similitudo intentionalis formalis salvari potest in suo esse, absque eo quod sit similitudo formalis; quia licet non detur obiectum in re, cui obiectum repraesentatum assimiletur; adhuc manet obiectum repraesentatum a propositione mentali.

Opponuntur 2; nequit propositio mentalis vera transire designando hoc vero, et postea adsignandum hoc impossibile, et fictum: ergo actus notitiae essentialiter petit veritatem. Respondetur distinguendo antecedens; nequit transire designando hoc vero, et postea in esse obiecti adsignandum hominem impossibilem in esse obiecti; concedo antecedens; nequit transire designando hoc postea in esse obiecti adsignandum hominem impossibilem in esse rei; nego antecedens.

Unde repratio hois ut veri, et polis in ee obti, nunquam potest ee repratio hois, ut ficti, et impolis in eadem intentione obti, licet homo, qui semper repratr, ut polis, in re sit impolis, et odo Chymericus, qa eius ee obtivum, et intentionale sit odo distinctum ab ee reali; potest idem homo obtive, et intentionaliter ee polis, cum tamen realitr impolis sit.

Unde repugnat, qd propotio transeat designando hoe vero, et poli obtive, et intentionalitr, ad signandum hoes etiam obtive, et intentionalitr impoles, et fictum; non tamen repugnat quantum e ex parte propotionis, qd transeat designando hoe vero, et poli obtive, et intentionalitr ad signandum hoem, qui in ee rei sit impolis, licet in ee repratonis sit polis.

Opponunt 8; veritas entitativa seu repratio obti non potest deficere, stante propotione: go similitr fralis veritas nequit perire, si eadem propotio permaneat; nam non minus conectitr propotio mentalis cum entitativa veritate, quam cum frali: sed sic e, qd si varietr obtum realitr, perit fralis veritas; go et eadem propotio peribit. Respondetr seceo antti, negando cdam; et rao e; qa si destrueretr repratio obti, tota propotio destrueretr; qa e essentialitr ipsa repratio: at veritas fralis, licet abesset a propotione, propotio persisteret in se invariabilis.

Unde repratio in eo differt a veritate frali, qd modo detr, modo non detr obtum in re, semper debitr repratio invariabilis obti in ee obti, licet in re alitr se habeat; et contr mare

2. 240 te propositione non deficiet ve pratio; licet desit veritas fralis; est veritas hec, ut pote non essentialis actui vero, illa manente, potest abesse ob illo, si ipsi se variet obtus in ee rei; non tamen in ee obti.

# Disputatio 2, an veritas sit aliqd extrincus, aut o'do intrincus propositioni mentali? Caput 1; qd tenendus sit statuitr.

Rogamus in presenti, an veritas fralis, ut capite 3 precedentis disputationis manet definita (idem de falsitate rogari potest proportione servata) sit pratus essentiale, aut o'do intrincus actui intrus, et cum illo identificatus, vel non? an consistat in cogne representante obtus ut e in se; et in eo qd obtus ita sit, ut repntatr ob actu, ita ut utrumque sit constitutiuus essentiale veritatis? que difficultas fere eadem e cum illa de qua ad calcem huius disputationis sermonem instituam, et quam me tractatum promisi in disputatione 5a de obto frali logico; utrum directio passiua sit intrinca actui, vel non; aut partim intrinca, et partim extrinca. Duo igitr requiruntr, ut veritas detr, primum qd propositio mentalis affret, vel neget obtum: secundum, qd obtus affratus vel negatus se habeat in re eo modo, quo affratr, vel negatr ee.

Sed qd nomine intrinseci, aut extrinseci signetr, pretermittere oportet, ut tota difficultas expendatr: et quidem intrincus dicitr one id, qd e alteri

vere, et proprie unitum, aut cum illo identicum; quodlibet enim horum sufficit ad denominationem intrinseci; sic ratione animalitas est intrinseca homini; quia identatur cum homine, et albedo est intrinseca parieti albo; nam unitur vere cum illo; unde infertur, non esse idem, rem esse intrinsecam alteri, ac esse identificatam illi; nam albedo, ut modo dicebamus, est intrinseca parieti albo; et tamen cum illo non identificatur.

Contrario, rem esse alteri extrinsecam, idem est, ac non esse illi intrinsece unitam, aut identificatam; qua ratione lapis est mihi extrinsecus, quia nec mihi unitur, aut identificatur: Iuxta hanc igitur duplicem acceptionem quaestio procedit: nec audiendi plures DDs, qui defendunt intrinsecum esse illud, quod licet non uniatur vere, nec identificetur cum re, cui intrinsecum dicitur, petitur tamen ratio ab illa; sed haec acceptio communiter non recipitur.

Qua in re prima sententia est, veritatem formalem in actu intellectus formaliter constitui per quandam relationem rationis ab intellectu confictam: haec sententia Patri Gabrieli Vasquez communiter tribuitur, licet ab aliquibus DDbus vir doctissimus defensetur; alia enim longe diversa eius mens fuit: sed quidquid sit de illius Autore, sic illam impugno; quia actus intellectus esse verum est aliquid reale, et independens a relatione ficta; siquidem ante quancunque fictionem actus iste homo est animal est formaliter verus, eo praecise, quod vere, et realiter conformetur cum obiecto: ergo veritas non consistit in illa ficta relatione rationis.

242 Secunda sententia docet, veritatem consistere in sola cognitione connotante objectum; taliter, quod objectum non sit de essentia veritatis, sed tantum afferatur in obliquo, quod quidem asserit haec sententia, solum esse requisitum, et conditionem ad denominationem veri; sic Pater Granado, et quamplurimi Recentiores, imo et Antiquiores: constat enim, ut attigi in nostra disputatione entis rationis, et Deo dante, in nostro speciali tractatu de Concretis et formis; ubi probavi, et iterum probabo, non posse actum esse merum requisitum, et connotatum extrinsecum respectu concreti; sed debere esse partiale constitutivum illius: unde implicat, quod objectum sit merum connotatum respectu denominationis veri, et quod non sit partiale constitutivum illius; ergo implicat objecto, quod deficiat veritas in propositione mentali eo praecise, quod deficiat objectum ita se habens; et quod ea partialiter non constituatur ab objecto.

Tertia sententia est Patris Hurtado disputatione 9 de anima, qui autumat, veritates esse essentiales actibus intrinsece, ita ut actus verus dicat respectum transcendentalem essentialem ad objectum ita se habens in se, sicut actus illud repraesentat; per quem essentialem respectum veritatem ait, formaliter, et adaequate constitui: sed impugnatur efficaciter; nam secluso per impossibile respectu illo essentiali actus ad objectum ita se habens, si praecise ponatur hic actus Petrus currit, et quod Petrus currat in re, intelligitur actus verus: ergo veritas non consistit in illo transcendentali essentiali respectu.

Rursus; veritas adaequate concepta dicit formaliter actum conformari cum objecto, ut est in se; sed actum conformari cum objecto, ut est in se, dicit actum, et objectum; ergo quaevis conformitas dicit duo essentialiter, et id, quod conformatur, et id cum quo conformatur; Dum enim conformari in albedine cum Paulo v.g., formaliter dicit

Pm habere albedinem, et Paulus habere albedinem: ergo veritas dicit utrunque formaliter; sed obtusitas se habere, sicut repraesentatur ab actu, non est essentiale actui: ergo veritas adequata non est essentialis actui secundum illos respectus transcendentales precise.

Quarta sententia defendit, veritatem propositionis mentalis includere hoc, quod est repraesentare obiectum; et cum hoc sit intrinsecum entitati actus, veritas est illi partialiter intrinseca: insuper includere, quod obiectum ita se habeat, sicut enuntiatur; et cum hoc sit entitati actus quid extrinsecum, veritas est illi partialiter extrinseca: pro hac sententia stant Nobilissimi Mattoni iis S. P. Suares, Arri, Obiedo, Franciscus Alfonsus; easque reputat probabiliores Pr. Gerico tractatu de dispositionibus; et quod maius est, firmant Aristoteles in capite de substantia, et Metaphysices pars ...; et etiam Francus formas de parte quaestione ... articulo ... ad tertium: unde omnis ... hunc opinandi modum accipimus; duplicique conclusione rem totam comprobamus.

Prima conclusio sit; veritas formalis est partialiter intrinseca, seu identificata propositioni mentali verae: sic autem probatur, licet ab hac conclusione nullus merito dissentire possit: de ratione propositionis verae est repraesentare obiectum, sicut est in se, ut ex definitione constat; sed repraesentare obiectum ut est in se, dicit aliquid propositioni intrinsecum: ergo veritas formalis est partialiter intrinseca propositioni mentali verae: probatur minor; hoc quod est repraesentare obiectum ut est in se dicere repraesentare vitaliter obiectum, ut patet; sed repraesentare vitaliter obiectum est quid intrinsecum propositioni mentali: ergo hoc quod est repraesentare obiectum ut est in se, est quid intrinsecum

244 propositioni mentali: probatur minor; de essentia propositionis mentalis est, esse imaginem, et repraesentationem vitalem sui obiecti, quo praecise non intellecto, nequit intelligi propositio mentalis; sed quod est de essentia, est omnino rei intrinsecum: ergo. Confirmatur; de essentia imaginis artificialis est referre, et repraesentare instrumentaliter suum prototypum: ergo de essentia imaginis naturalis intentionalis, qualis est mentalis propositio, est etiam referre, seu repraesentare suum obiectum.

Secunda

Conclusio sit; veritas propositionis mentalis (idem dices de propositione vocali, et scripta) adaequate concepta includit essentialiter tanquam suum praedicatum essentiale partiale, aliquid quod est propositioni mentali extrinsecum, hoc est, cum illa non identificatum, neque unitum realiter, quantum est ex conceptu veritatis formalis: in hac assertione egregie opponimur Autoribus docentibus, existentiam obiecti, sicut enuntiatur, esse solum connotatum extrinsecum, quocum solum nobis est colluctatio.

Probatur sic; illud est partiale constitutivum rei, quo praecise posito ponitur, et quo ablato res aufertur, licet reliqua dentur, quod principium constitutiva essentialia apud omnes evidens est; sed posito quod obiectum ita se habeat, sicut enuntiatur, ponitur adaequata veritas formalis, et hoc ablato, aufertur talis formalis veritas: ergo quod obiectum ita se habeat, est partiale constitutivum adaequatae veritatis.

Praeterea minor probatur, per hoc praecise, quod actus repraesentet Petrum, verbi gratia, in hoc instanti esse album, et posito simul, quod Petrus tunc albus sit, actus ille est formaliter verus: ergo posita in propositione repraesentatione

obti, et simul, qd obtus ita se habeat, resultat adequata 245
veritas: rursus, ablato precise, qd sit albus, licet
propositio enunciet, illum ee albus, erit propositio falsa: cum
sic non conformetur cum obto, nec represent illud, ut e in se:
ergo 1a principius evidens, adequatus veritas essentialiter constitui per hoc qd obtus ita sit.

Probatur 2; nam in communi, et vera sententia, veritas propositionis mentalis, de qua loquimur, e conformitas actus cum obto in cognoscendo, id e actualiter, ut utriusque sententie fautores supponunt; sed conformitas actualis essentialiter includit in suo conceptu terminos, ad quos e conformitas: ergo veritas propositionis mentalis claudit in suo conceptu essentiali obtum represent atum, cui conformatur actus: minor probatur; conformitas unius cum alio e, qd unum sita se habeat in se; et qd alterum ita se habeat sicut primum, ut ipsa experientia id suadet; sic enim dicere, qd duo homines sint conformes in moribus, voce, aut vestibus, idest e, ac dicere, unum habere suos mores, voces aut vestes; et alterum omnia illa habere; nec alio pacto hec conformitas apprehendi nequit: ergo conformitas actus cum suo obto, seu veritas formalis dicit essentialiter, qd propositio represent obtum; et qd istud sic se habeat, sicut a propositione representatur. Confirmatur; nam propositio vera non ideo e conformis cum obto, quia represent obtum; quoniam id etiam invenitur in propositione falsa: ergo ideo e conformis cum obto, quia preter hoc, qd e representare obtum, dicit qd obtum ita se habeat, sicut ab ipsa enuntiatur. Caput 2 aliquot notatu digna exprimit

## Caput 2 aliquot notatu digna exprimit.

Defensamus igitur

veritates fmales actuales, propositionis mentalis essentialiter dicere duo; et entitates suę respirationis, et qd ita obtus se habeat, sicut ob ipsa respiratr; dus autes hoc 2 sit qd extrincus propositioni mentali, id ē non illi unitus, dut realitr identificatus, licet veritati fmali sit pratus partiale intrincus, recte infertr, veritates fmales actuales ēe partis intrincas, et partis extrincas propositioni mentali.

Est notantr dixi in 2a solutione, quantus ē ex conceptu veritatis; q̄ in quavis propositione ɔceptus veritatis fmalis actualis non affert, qd obtus respiratus p actus, sit illi intrinsece unitus, aut identificatus realitr; hęc ē enis vera propositio, Pq ē homo, cus repret obtus sicut ē in se, nec tames iste actus unitr intrinsece, aut identatr cus Pro, qui ē obtus respratus ab illo actu; sed tantus qd extrincus ē illi.

Cęterus non repugnat ɔceptui veritatis fmalis identatio realis actus narii cus obto respirato, quę tames non petitr ex ɔceptu cōi veritatis fmalis; sed q̄ obtus in se ē narius, qd p accidens ō respectu actus narii; unde in hoc sensu illi actui ad hud obtus extrincas; ut adnotavi capite 4 precedentis dispationis; et ɔtingit in cognitibus nariis, qq Deus seipsus agnoscit, quę quides realitr identificantr cus suo obto; et tames talis identitas actuus cus suo obto p accidens ē illis quantus ē ex ɔceptu veritatis fmalis: quapropter de illis cognitibus verus esset absolutē dicere, eas aliqd extrincus afferre, videlicet obtus ita esset sicut ipsę respirant; nas ex genere suo non petunt uniones, aut identates cus alio.

Hucusq̄ loquuti sumus de veritate fmali actuali

quę ?tinuitr y utrunq et tremns, sicut se habet equalitas, et similitudo intr duo; adhuc tamen ?siderare possumus alias veritates radicales, quę nihil aliud ē, quam qd actus reprēt obtum ut ē in se: unde Pater supponit Pr Quer, qd veritas radicalis ē illa quę dicit conexionem cum obto, ut ē in se; idē petit essentialitr, qd obtum ita sit, ut reprātr ob actu; nam falsum ē, qd actus contingentes imo nārii conectantr cum obto, ut ē in se, et petant cum illo ?formari; q sequeretr, qd nullus ex his actibus esset indiferens ad verum, vel falsum; siquidem nullus posset ?sistere, nisi obtum ita esset, ut reprātr ob actu; et coentr nullus posset elici ab intru actus falsus; qd ē absurdum: solum enim actus conectitr cum obto in eē reprātionis, petitq essentialitr reprātionem talis obti, sive illud re ita sit, sive non: q non petit ex sua essentia eē de trate verum, vel de trate falsum. actus enim iste Pus currit, etiam si Pus non currat, ē essentialis reprātio cursus Pri in eē obti; non in eē rei; q qd actu detr cursus Pri, ē qd accidentale illi actui.

Unde licet admitteremus, veritates radicales ?sistere in conexione obti ut ē in se, non inde infertr eas sufficere ad constituendas veritates ?ales ablutas, de qua in pręsenti loquimur; nam veritas ?alis fa omnes Philosophos ?sistit in eo qd actus ?formetr actualitr cum obto; at ?formitas radicalis non ē qd actus actualitr ?formetr, sed qd petat ?formari: q non ?sistit in ea ?formitate radicali veritas ?alis abluta: insuper nullus ob actus sive ?tingens, sive nārius assignari poterit, in quo inveniatr illa ?formitas radicalis: q veritas tantum consistit in ?formitate actuali.

Hinc deducitr, de acti-

de actibus mentalibus narriis impolibus, et ɔtingentibus veris hanc nostram sententiam esse intelligendam esse; nam de omnibus illis eadem rationes à nobis producte illam ɔprobant: itaque haec propositio Petrus est homo est narrio vera, cui extrinseca est respectu sui, quod obiectum in se narrium sit, quia illa ex se non petit essentialiter conecti cum obiecto in esse rei, sed solum cum illo in esse obiecti: similiter de actu ɔtingenti, ut Petrus currit; vel de actu impoli, ut Petrus est equus philosophandum est; quia omnibus illis, sicut etiam actibus divinis, et actibus fidei, qui falsi esse nequeunt propter indefectibilitatem obiecti divini, veritas partim est intrinseca, et partim extrinseca. Caput 8 tella adversariorum confringit

## Caput 8 tela adversariorum confringit

Obicies 1

1.a mentem Patris Gavet supra citati; veritas est perfectio actus veri, et falsitas est imperfectio actus falsi: ergo veritas, et falsitas nihil extrinsecum dicunt, sed solo intrinsece actibus: probatur consequentia; si dicerent aliquid extrinsecum, esset maior perfectio falsitas, quam veritas in actibus; quia veritas huius actus Petrus non currit, ɔstitueretur ex negatione, et entitate actus; falsitas vero ex entitate actus, et cursu; sed magis perfectum est coniunctum ex actu, et cursu, quam ex actu, et negatione: ergo maior perfectio foret in actu esse falsum, quam esse verum.

Confirmatur 1.a quia falsitas repugnat actibus divinis, et illorum est propria veritas: ergo veritas, et falsitas est solo intrinseca actibus. Confirmatur 2.a quia obiectum est mensura actus veri: ergo non ɔstituitur per tales mensuras in ratione veri. Confirmatur 3.a quia bonitas est solo intrinseca actibus

voluntatis; ergo etiam veritas actibus intrinseca. 24

Respondemus ad obiectionem distinguendo antecedens; veritas est perfectio actus veri, et falsitas imperfectio actus falsi intrinseca ipsis actibus; nego antecedens; extrinseca concedo antecedens: deinde nego consequentiam; ad eius probationem distinguo maiorem; esset maior perfectio falsitas, quam veritas respectu actus; nego antecedens: secundum se: omitto antecedens: ita quod in actu predicto secundum se perfectius est coniunctum ex actu, et cursu; quam coniunctum ex actu, et negatione; at comparatione actus repraesentantis negationem cursus, imperfectio est non conformari cum ipsa negatione; et coniungi cum cursu: unde maior perfectio in illo actu est, esse verum quam esse falsum.

Ad 1m confirmationem respondeo, falsitatem repugnare actibus divinis; non quod illis sit intrinseca veritas; sed quia elicere actum falsum, arguit ignorantiam, et imperfectionem in cognoscente, quae imperfectio nequit reperiri in Deo. Ad 2m confirmationem omitto antecedens, et nego consequentiam; quod mensuratum in ratione mensurati formaliter includit mensuram; sic verum includit formaliter obiectum, cum quo conformatur in ratione veri. Ad 3m: nego antecedens; quod bonitas moralis, imo et malitia est partim intrinseca, et partim extrinseca actibus voluntatis; cum ideo solo actus sit bonus, si praecipiatur, et malus si prohibeatur.

Obiicies 2: actum conformari cum obiecto nihil aliud est, nisi repraesentare illud, ut est a parte rei; sed hoc modo repraesentare obiectum est omnino intrinsecum actui; cum totum esse propositionis sit repraesentare obiectum: ergo per suam essentiam actus verus est. Confirmatur; idea est vera propositio, quae est repraesentatio obiecti, quod est a parte rei; sed haec repraesentatio est omnino

250 intrinca: atqui; cum nihil aliud sit praeter propositiones repraesentatio talis obiecti: ergo

Confirmatur 2°; nam actus, vel per suas entitates repraesentat obiectum ut est in se, et sic ipse est verus; vel repraesentat illud aliter ac est in se; et sic ipse falsus: ergo ipse et ab intrinseco est verus, vel falsus. Confirmatur 3° nam actus in ratione conformis non dependet magis ab obiecto, quam idem actus in ratione repraesentationis; sed in ratione repraesentationis non includit ipsum obiectum ut est in se: ergo neque in ratione conformis.

Respondemus concessa maiori, distinguendo minorem; sed hoc modo repraesentare est omnino intrinsecum actui quoad rationes repraesentationis; concedo minorem: quoad illius existentiam: nego minorem: repraesentare enim obiectum, ut est a parte rei dicit duo, et esse repraesentationem, seu imaginem obiecti, et hoc est actui proprius intrinsecum; et praeterea dicit, quod obiectum ita existat, et hoc est extrinsecum actui: quod contingit etiam in propositione vocali, quam non concedunt adversarii, esse omnino illi intrinsecam veritatem. Ad 1am confirmationem concessa maiori, distinguo minorem: haec repraesentatio est omnino intrinseca actui secundum totum quod dicit; nego minorem: secundum aliquid eius; concedo minorem.

Ad 2am confirmationem concesso antecedenti, distinguo consequens: ergo ipse, et ab intrinseco est verus, vel falsus, ita ut obiectum ita esse in se, vel non esse ita in se, sicut repraesentatur, sit intrinsecum actui; nego consequentiam; ita ut sit extrinsecum illi; concedo consequentiam; licet enim per suas entitates repraesentet actus obiectum, ut est in se; ad huc ipse non est verus, vel falsus: nam partialiter extrinsecam entitatem obiecti ita se habentis, vel aliter se habentis

stituitur in raone veri, vel falsi. Ad 8um nego maiorem; nam conformitas dependet ab utroque extremo tanquam ab essentiali constitutivo; non ita respectus, quae solum conectitur cum obiecto in esse obti. 2II.

Obiicies 8°: si veritas propositionis mentalis consisteret in utroque extremo, sequeretur, quod non solum actus, sed etiam obiectum denominaretur propositio vera; atqui obiectum nequit denominari propositio vera, siquidem non est propositio: ergo non consistit in utroque extremo: probatur sequela; nam quando denominatio consistit in duobus extremis eodem modo se habentibus, utrumque denominat eodem modo, ut constat in similitudine, quae quia consistit in utroque extremo, ideo quodlibet aeque denominatur simile: ergo cum denominatio propositionis verae sumatur ab actu, et obiecto, si actus denominatur, etiam obiectum denominabitur propositio.

Confirmatur 1° quia obiectum aliquando est ens raonis, et aliquando ens futurum, possibile, aut praeteritum, quod actualiter nihil est: ergo obiectum nequit constituere veritatem; quia veritas tunc erit partim existens, et partim ficta, futura, possibilis, et praeterita, quae nihil est. Confirmatur 2°: actus verus quia est imago sui obiecti essentialiter, cum sit essentialis repraesentatio illius: ergo essentialiter conformatur cum illo; et consequenter per suam entitatem verus est.

Respondemus negando sequelam; quia quando duo extrema non sunt eiusdem raonis, et constituunt aliquam denominationem; qualia sunt actus, et obiectum; denominatio afficiens unum extremum, non ideo afficit alterum; sicut relatio Paternitatis etiam in sententia Patris Suar. licet includat Patrem, et filium, adhuc Patrem

252 denominat Pm, et filius, non denominat Pm; nam sunt extrema diversę rationis: exemplum enim de similitudine nihil concludit, quia ibi sunt extrema eiusdem rationis.

Ad 1am confirmationem, concesso antecedenti, nego consequentiam; quia denominatio veri in actu intrus potest esse partim physica, et partim moralis; unde non requirit existentiam physicam, et realem obiecti; sed sufficit, quod afferat actum, qui nunc existat, et quod obiectum illius extiturum sit, aut extiterit, vel fictum, aut possibile sit: sicut ego denominor actu posterior Adamo, et prior Antichristo, per hoc, quod ego existam, et Adamus ante me extiterit, Antichristus quoque extiturus est, qui actu nihil est.

Ad 2am confirmationem distinguo antecedens; est essentialiter imago obiecti reipsa existentis conformis eum imagine; nego antecedens: est essentialiter imago obiecti quantum est ex se, sive illud reipsa conformetur, sive non eum imagine; concedo antecedens: licet ergo actus verus sit essentialiter repraesentativus obiecti; ast ad veritatem hoc non sufficit; sed ulterius requiritur, quod obiectum revera ita sit, sicut imago repraesentat; quod non est essentiale entitati actus: sic imago depicta Cesaris essentialiter est imago depicta ipsi picturę; quod vero Cesar existat revera conformis cum illa, non est essentiale ipsi picturę; nam quod revera Cesar existat similis imagini, dicit formaliter Cesarem habere in re tales figuras externas quales habet pictura, quod est extrinsecum ipsi picturę; licet enim Cesar reipsa non sit; adhuc pictura essentialiter quantum est ex se Cesarem repraesentabit: ergo similiter in actu vero.

# Caput 4: directiones modi sciendi formales, quas formale logicæ obiectum statuimus, esse partim intrinsecas, et partim extrinsecas actui desensamus.

Ex dictis in hac disputatione opportune corollarium deducimus esse directiones passivas actuum intrus, cuius naturam, et essentiam in proemi ad hunc locum exagitandam remisimus: et inprimis cum com. DDrum sententia statuendum est, directiones modi sciendi, quæ invenitur in vocibus, et scripturis directis, esse illis omnino extrincecam; cum et signare sit extrinsecum vocibus, et scripturis: loquimur autem de directione modi sciendi mentalis, videlicet definitionis, divisionis, et argutionis; et claritatis gratia de hac definitione mentali homo est animal rationale, quam constat esse definitionem directam, et conformem regulis logicæ; unde de directione prout est conformitas actus cum obiecto non loquendum est; nam de hac, ut satis probatum manet nostra disputatione de obiecto formali, logica non agit; sed de directione formali, quæ nihil aliud est quam conformitas actus cum regulis logicæ, ut sunt in se; ita ut regulæ ita se habeant in se, sicut representantur ab actu: itaque requirit duo directio logica, primum quod definitio representet secundum regulas definitio debet constare genere, et differentia; et 2m, quod regula ita se habeat, sicut representatur a definitione.

Statuendum est 2, actum aliquando posse fieri cum attentione ad regulas logicæ; et aliquando sine illa casu videlicet,

et fortuito; quando autem hoc 2o modo fit illa directio, ipse non elicit conformitatem cum regulis logicae; sed solum per accidens, et fortuito, et sine attentione ad logicam in illo actu reperitur talis conformitas.

Statuendum est 3o directiones logicas consistere non in conformitate cum regulis formalibus; sed cum regulis obiectivis; et quidem regulae obiectivae sunt ipsa obiecta regularum; videlicet quod definitio debet constare genere, et differentia, regulae formales sunt ipsi actus intrinsece repraesentantes illa obiecta: et ratio est, quia licet omnes regulae formales essent impossibiles, adhuc definitio recta esset, quia hoc quod conformaretur cum regulis obiectivis; quod si cum regulis obiectivis non conformaretur, non posset definitio evadere recta iuxta regulas logicae, quia tunc conformaretur cum actu formali regulae, ut est quaedam talis qualitas, et non cum actu, ut repraesentatio generis, et differentiae.

Statuendum est quarto directiones logicas esse in duplici differentia; alia enim est, quae non requirit, nisi unicum actum; ut se habet haec definitio homo est animal rationale, vel haec divisio, animal aliud est rationale, et aliud irrationale. alia est, quae requirit plures actus, ut est directio syllogistica, et ordo propositionum contradictoriarum. Praeterea in directione syllogistica loqui possumus, aut de integro artificio unius syllogismi, aut de partiali artificio, quae consistit in hoc, quod est esse maiores, vel minores respectu conclusionis: de quibus omnibus sciscitamur, utrum directio formalis sit omnino intrinseca illis, vel non? Circa hanc quaestionis resolutiones varie Doctores divisi sunt; cum Recentioribus

tucius Provinciis quibus libenter subscribimus, sic opinamur.

Nostra mens, et resolutio sit; directio passiva quantum est ex se quantum est ex se quantum est ex se quantum est ex se quantum est ex se partis intrinca, et partis extrinca actibus logicis directis, videlicet huic actui homo ẽ aial rale. Probatur, directio passiva ẽ conformitas actus cum regula dirigente; sed conformitas ista dicit formaliter aliquid intrincum, et aliquid extrincum illi actui directo: ergo. Maior ẽ certa; minor suadetur; in nulla hypotesi potest concipi conformitas, quin intelligantur essentialiter duo, scilicet, et id, quod conformatur, et id cum quo conformatur: ergo nequit concipi conformitas illius actus cum regula, quin concipiatur actus, qui dicitur conformis, et etiam regula, cum qua conformatur; atqui quod regula ita sit, sicut repraesentatur ab actu ẽ quod extrincum entitati actus; et quod actus illam repraesentet, ẽ intrincum ipsi actui: ergo formaliter directio ẽ partis extrinca, et partis intrinca actui.

Simili modo de actibus divitionis sentiendum ẽ, videlicet ẽẽ partis intrincam, et partis extrincam directionem passivam; nam actus iste, aial aliud ẽ rationale, et aliud irrationale ẽ divitio formaliter repraesentans conformiter hanc regulam totum ẽ maius sua parte; quod autem regula haec ita se habeat in re sicut repraesentatur ab actu, ẽ quod distinctum ab essentia actus: ergo ẽ quod extrincum illi.

Sed si dicas, hanc regulam in re ẽẽ necessariam, et indefectibilem lumine naturae; et consequenter ẽẽ intrincam actui, qui illam repraesentat: tunc respondebo, directionem ẽẽ omnino intrincam actui non ratione directionis; sed ratione regulae indefectibilis, ut cap. 2o huius disputationis adnotavi: directio enim

quantus est et se non petit esse ordo intrinsecus actibus directis; licet essentialiter contineatur entates actus, respicientis regulas, et quod regula ita se habeat: actui vero solum essentiale est respicere illas, sive detur, sive non detur regula in esse rei.

Unde omnes actus logicae directi, qui sunt modus sciendi, sive sint contingentes, quia potest in re regula, et consequenter directio deficere, invariatis tamen ipsis actibus, et permanentibus quoad suas respicientias; sive sint actus necessarii; quia ratione regulae indefectibilis ita se habentis continentur essentialiter ratione directionis per suas met entates respicientes regulas logicae, ut est in se; et quod extrinsecum est illis, quod regulae ita se habeant in re, sive contingenter, sive necessario existentes, vel saltem possibiles.

Rursus in actibus argutionis simul vel divisive sumptis directio eodem modo se habet, quia praeter entates consequentium, quae respiciuntur intrinsece artificium logicum; quod hoc ita sit in re sicut respicitur ab actu, est quod extrinsecum illis: probatur eisdem rationibus supra allatis: praeterea huc advocare etiam poteris rationes omnes, quas nostram sententiam de veritate ac falsitate in medium protulimus, et argutis, quae hic obiici possent, obviam ire solutione, quam praecedentibus obiectis adhibuimus, nec videamur repetere eadem, quae fere eisdem terminis in idem recidunt.

## Disputatio 8; an propositio mentalis semel vera mutari possit de vera in falsam; vel de falsa in veram? Caput 2, aliquibus praeiactis, vera sententia producitur.

Rogamus igitur, an propositio mentalis vera possit mutari in falsam, vel e converso? quae dissensio ut expediatur, inprimis percipies, mutationem unius rei in aliam duplicitur posse accidere; primo desinente una, et adveniente alia; quo pacto nox dicitur mutari in diem, et aestas in autumnum, quod desinente nocte, succedit dies, et pacta aestate, autumnus ingruit: 2° fingere potest mutatio, persistente eodem subiecto mutationis; qua ratione homo albus mutatur in nigrum, destructa albedine, et nigredine inducta: de hoc enim secundo mutationis genere presens insurgit questio; certum enim est, destructa una propositione vera, posse succedere alteram falsam; ceterum rogamus, an persistente eadem numero entitate propositionis, propositio, quae semel est vera, quo modo representat obiectum ita se habens in se, sicut representatur ab illa, possit incipere esse falsa; quia ita obiectum ipsum non se habeat, sicut a propositione representatur, quando erat vera; ad eum modum, quo una albedo, quae antea erat similis alteri albedini, desinit esse similis illi, destructa alia albedine.

Secundo percipies, inter illos, qui censentes, veritatem esse omnino intrinsecam, et essentialem actibus, rem indubitatam esse; videlicet propositionem mentalem semel veram non posse mutari in falsam, aut e converso; si enim vera in falsam mutaretur, illa, quae vera est, non careret essentialiter ob hoc casu sua veritate: unde solum inter Auctores nostrae sententiae asserentis veritatem, et falsitatem esse partim intrincam, et partim extrincam actibus inter nos presens dissensio versatur

qdqd sit de connotatoribus nostris temporibus inni-
258 tis, opinantibus per variationes connotati extrinseci ipse
se hanc mutationes fieri.

Tertio percipies, nimirum ne
dubium controverti de propositionibus necessariis, aut im-
possibilibus; certum enim est, illas non posse absolute mutari
de veris in falsas, aut econtra; sed solum quaestionem esse,
cum illarum obiectum immutabiliter sit de ita se habente
ad non ita se habens: similiter nec controvertitur
est de actibus divinis; et etiam de actibus supernaturalibus fi-
dei, quia repugnat ferri in obiectum non ita se habens in re: unde
de solis actibus creaturalibus contingentibus disputamus.

De his
9° propositionibus contingenter veris observabis, alias esse de prae-
terito, alias de praesenti, et alias de tempore futuro: nullis
est de propositionibus de praeterito affirmativis; quod evidens est, illas sem-
el veras non posse mutari in falsas, aut econverso; v.g. haec pro-
positio Petrus cucurrit, quae si eo tempore, quo profertur, Petrus revera
cucurrit, semper erit vera; quia quod praeteritum est, non potest non
esse factum; si vero eo tempore, quo profertur, Petrus revera non
cucurrit, semper illa propositio erit falsa.

At propositio de
praeterito negativa bene mutari potest de vera in falsam;
licet non econtra; v.g. haec, Petrus non cucurrit, potest esse vera,
si proferatur hodie quando Petrus in aliquo instanti adhuc non
cucurrit; si vero eadem propositio in diem crastinam in intru-
servetur, quando Petrus iam excucurrerat cursum, falsa erit.

De propo-
sitionibus de futuro, et de praesenti contingenter veris longius

erit, quę propositiones contingentes etiam multipliciter se habere possunt, vel ita ut respiciant aliquod instans de tractu temporis, ut hęc propositio Petrus curret, vel currit in instanti A: vel ita ut nullum instans de tractu temporis respiciant, ut Petrus curret, vel Petrus currit.

Rursus observabis, illos actus contingentes, quorum veritas absolute est accidentalis, potuisse evadere falsos in illo instanti, in quo veri evaserunt, etenim quando Petrus currit, eliciens istum actum Petrus currit, iste idem actus esset falsus, si Petrus non curreret tunc, sed potuit tunc Petrus non currere: ergo potuit actus evadere falsus. Alterius observabis, omnes actus iudicii contingentes respicere necessario aliquod tempus vel videlicet presens, vel preteritum, vel futurum, verbum enim, seu copula verbalis necessario signat cum tempore; actus autem iudicii, vel habet verbum, vel saltem necessario explicat per illud.

Quapropter Pater Molina 1a parte quęst. 14 disputatione unica, Pater Suarez disputatione 8 Metaphisicę sectione 2a, et plures alii, qui nobiscum censent, veritatem esse propositioni mentali partim extrinsecam, tuentur, posse eidem numero propositioni accidere transitum de vera in falsam, aut de falsa in veram; cui sententię valde fabet Aristoteles in logica capite de substantia; et Divus Tomas 1a parte quęst. 14 articulo 15. Oppositam sententiam tenent Pater Arriaga disputatione 14 logicę sectione 2, Pater Franciscus Alfonsus disputatione 15 logicę sectione 6a, Pater Oviedo contra 7 logicę puncto 2, et plures alii.

Ut tamen nostris sententiis veniat, duplici asserto palam fiet: primum assertum sit, propositio mentalis semel vera, quę enunciat obiectum suum contingens pro certo tractu tem-

260

pore praesenti, aut futuro, nequit de vera in falsam mutari; neque econtra: haec solutio inter utriusque sententiae Patres familiaris videtur; et sic evidenter probatur, nam eo ipso quod supponatur obiectum propositionis verae existens in aliquo determinato tempore, non potest in illo non existere; alioqui posset obiectum illud esse, et simul non esse pro eodem tempore: ergo si propositio enunciat obiectum suum pro tali determinato tempore existens, non potest mutari de vera in falsam per mutationem sui obiecti de existente in illo determinato tempore ad non existens pro eodem tempore; cum autem non possit mutari in falsam, accipiendo nobiscum intrinsece diversas enuntiationes propositionis, semel vera nullatenus poterit mutari in falsam.

Praeterea explicatur exemplo; si quis cum veritate dicat, Petrus currit, aut Petrus curret, intra hunc quadrantem horae; supponitur Petrus currens de praesenti, aut cursurus de futuro intra hunc quadrantem horae; sed ex suppositione, quod sic supponatur, nequit non esse currens, aut cursurus intra hunc quadrantem horae: ergo nequit obiectum mutari praedictae propositionis.

Confirmatur hoc idem, et amplius explicatur; si actus iste Petrus legit (idem dices de propositione hac Petrus leget) loquitur de hoc instanti A, quamvis Petrus cesset a lectione, et actus permaneat, ille actus erit semper verus, quia non mutat obiectum, sed semper respicit Petrum legere pro instanti A, siquidem supponitur pro illo instanti legens: ergo cum actus iste respicit tempus determinatum, mutari non potest de vero in falsum. Confirmatur 2.º quia haec propositio Petrus legit in instanti A, etiam si in alio in-

tanti subsequenti, possit cessare à lectione, atque adeo 261
et ipso hoc instanti B, de quo loquitur propositio, possit
non legere; attamen in hoc determinato instanti A, in quo
supponitur legens, nequit non esse legens: et ideo semper pro-
positio illa vera erit, si respiciat hoc determinatum instans A, repre-
sentat obiectum taliter, ut, si deficiat illud pro alio instan-
ti diverso, adhuc nequeat esse falsa, quia semper illud pro illo
instanti A repraesentat, in quo supponitur legens.

Hinc colligi-
mus, propositiones mentales semel veras semper esse veras
illi soli obiecto, seu repraesentationi soli obiecti, quod pro tempo-
re determinato repraesentavit; unde transacto illo tempore deter-
minato existentiae obiecti, si adhuc durat eadem propositio in
mente in alia differentia temporis, semper obiectum suum repra-
esentat pro illo tempore transacto, et non pro alio.

Secundo
colligimus, hanc ob causam veras esse adhuc plurimas
sacrae paginae propositiones de futuro, quarum tamen ob-
iectum iam praeterierit, et modo non existit; et adhuc pro illa
differentia determinata temporis semper suum obiectum repraesentant; ut,
ecce Virgo concipiet, et pariet filium Isaiae cap. 7.
et Matthaei 26 unus vestrum me traditurus est, et si-
miles, quae accipiuntur pro tempore, in quo dictae habitae
fuerunt; ideo semper erunt verae; licet modo illarum
obiectum non existat; quia videlicet beata virgo modo filium
Dei non concipiat; nec Judas Dominum traditurus. Immo
non solum in propositione mentali, quae est imago naturalis obiecti hoc
contingit, sed etiam in imagine artificiali, ut in imagine
Christi Domini crucifixi, et mortui, quae quidem est vera

262

imago illius; licet modo Christus Dominus non sit crucifixus, et mortuus; quia repraesentat illum ut crucifixum, et mortuum, pro tempore praeterito, in quo vere crucem, et mortem pertulit.

## Caput 2. assertum 2.m praecipuas disputationis difficultates dirimit.

De propositione mentali significante tempus praesens, vel futurum, ordo de tractatu hactenus difficultates discussimus; praecipuus tamen, et celebrior difficultatis nodus est, utrum propositio aliqua mentalis distinguens tam de praesenti, quam de futuro, quae nullum certum instans temporis determinatum repraesentat, sed veluti abstracte significat suum obiectum, possit transire de vera in falsam, vel e contra ex sola physica variatione obiecti manente invariata eadem entitate propositionis; ita ut haec propositio Petrus currit ita significet, aut significare possit cursum actualem Petri, ut habita in instanti A, pro quo Petrus revera currit, sit vera propositio; conservata vero in instanti B, in quo Petrus iam non currit, sit propositio falsa?

Quamobrem sit 2.m nostrum assertum affirmativum, pro quo stant omnes Autores supra citati, et nobilissimum illorum agmen; et ratione sic, ubi sed primo persuasum mihi est; nulla est implicatio in eo quod propositio enuntiet suum obiectum veluti abstracte pro tempore sibi solum coëxistenti, et esse habeat indifferentem in significando, ita ut si coëxistat illi instans A, significet obiectum solum pro instanti A; et si coëxistat illi instans B, significet obiectum solum pro instanti B; sed talis propositio

durans pro instantibus A, et B, p solas subcessiones horum instantium absq intrinseca sui mutatione illis coëxisteret subcessive, ut patet; ergo ea instantia subcessive signabat: consequentia probatur; quia ea instantia signat subcessivé talis propositio, quibus coëxistit; sed coëxistit instantibus A, et B subsessive: ergo illa signat subsesive: ergo si obiectum pro instanti A. se habet in se, sicut repræsentatur a propositione, propositio erit vera in tali instanti: si vero in instanti B aliter se habeat in se sicut repræsentatur, propositio erit falsa in tali instanti B; atque adeo ex vera in falsam transibit.

Et ut clarius confirmetur, loquar de hac propositione Petrus currit; hæc propositio mentalis nihil aliud repræsentat, quam significatur per has voces Petrus currit; sed hæ voces absolute significant Petrum currere in eo instanti in quo ipsa propositio profertur, abstrahendo ab hoc vel illo instanti determinato: ergo etiam propositio mentalis solum repræsentat Petrum currere in eo instanti, quod sit præsens, quando illa id repræsentat: ergo quando illi est præsens instans, in quo Petrus currit, est vera; et postea quando illi est præsens instans, in quo Petrus non currit, eadem erit falsa; ac proinde transibit de vera in falsam.

Confirmatur

2. a paritate desumpta ex propositione vocali, et scripta, cui fere omnes adversarii concedunt, posse mutari ex vera in falsam: hæc itaque vocalis, aut scripta propositio Petrus sedet, signat Petrum de præsenti sedere; non tamen specialius signat, illum sedere in instanti præsenti A, quam in instanti præsenti B; sed solum in instanti existentiæ propositionis ipsius; neque enim vox illa sedet

imposita est ad significandum sessiones pro praesenti instanti A. abstrahe, et non pro alio instanti praesenti B; ergo eodem modo voces nostrae, quae significant sessionem Petri in hoc tempore praesenti, quo proferuntur, eodem modo non potuerant significare sessionem illius in alio tempore praesenti diverso, si in illo fuissent prolatae: ergo idem dici poterit de propositione mentali.

Respondebit adversarius, discrimen manifestum esse, quia voces significant extrinsece, et ad placitum; actus mentis intrinsece, et naturaliter. Contra tamen est; quia invariata alia significatione in vocibus, potest haec propositio vocalis Petrus currit sub eadem significatione mutari de vera in falsam, praecise propter variationem obiecti: ergo similiter propositio mentalis, licet semper idem intrinsece repraesentet, poterit mutari de vera in falsam praecise propter variationem obiecti: licet enim significatio in vocibus non mutatur, idem solo obiectum, quod repraesentant voces, repraesentant actus illis respondentes.

Probatur 2.º nam potest una mentalis propositio indifferens esse ad significandum magis, minusve obiectum propria ratione ipsius obiecti; ergo poterit etiam habere indifferentiam ad significandum illud pro hoc instanti, vel pro alio sibi coexistenti; siquidem non minus repraesentat propositio instantia determinati temporis existentis obiecti, quam ipsum obiectum: probatur antecedens; haec propositio, omnes homines, qui Ulyssipone existunt, currunt, significat omnes homines, qui de facto existunt Ulyssipone currentes, quicumque illi sint; unde si Ulyssipone existerent tantum octo homines, significat solos octo homines currere, et non alios: si vero existant viginti, viginti omnes homines significat; cum tamen esse non sit propositio alligata octo tantum hominibus

vel potius viginti signandis: et similiter poterit propositio habere indifferentiam ad signanda diversa instantia sibi coexistentia: unde si coexistat illi instans A, signabit solum pro instanti A: si vero coexistat illi instans B, signabit solum pro solo instanti B; cum autem potest pro illis instantibus solum aliter se habere, ac enuntiatur propositione, poterit propositio mutari de vera in falsam, aut e contra.

Hinc notandum deducitur 1, propositiones contingentes de presenti affirmativas posse mutari de vera in falsam, et e converso; ut ex precedenti secundo asserto constat: rursus propositiones contingentes de presenti negativas eodem modo se habere; utraque enim mutatio potest ei accidere. Deducitur 2, propositiones contingentes de futuro affirmativas semel veras transire posse in falsam; sic Petrus curret in instanti A prolata vera est, quia in instanti B cursurus est Petrus; quod si duret in instanti C, falsa fiet, si Petrus in instanti D non cursurus sit; si tamen ea propositio semel sit falsa, nunquam deinceps erit vera; quia ideo falsa est, quatenus in nullo instanti futuro per totam aeternitatem cursurus est Petrus.

Ulterius propositiones contingentes negativas de futuro semel falsas, ut Petrus non curret, transire posse in veram; nam si Petrus cursurus sit solum in instanti B, illa propositio prolata ante instans B erit falsa; et transacto illo instanti B erit vera: ceterum si propositio illa negativa vera fuerit, nunquam transibit in falsam, quia negatio destruxit omnia instantia subsequentia.

caput 3; aduersantia obta solutione disparent.

Adversus 2um, et precipuum asserti, qd capite anti ad trutinam et pendimus, varia, multo nobis ante oculos obversantur: primum obtulit, hec propositio Petrus sedet signat sessionem, ut exercitam tempore presenti, quodcumque illud sit; quare illud sit, non designat propositio: ergo respicit tempus presens vague, et sub disiunctione, videlicet sive sit hoc numero instanti, sive vero hoc numero instanti B: ergo idem est dicere, Petrus sedet, ac dicere Petrus sedet in hoc, vel illo, vel illo instanti: atque propositio est sit disiunctiva improprie, vera semper erit, si Petrus in aliquo saltem ex his instantibus sedeat, si vero in nullo sedeat, semper erit falsa; unde nunquam dabitur mutatio. Confirmatur; nam bene infertur, Petrus sedet; ergo in aliquo instanti presenti sedet hoc, vel illo. sed haec disiunctiva est immutabiliter vera, aut falsa quia in aliquo ex his instantibus Petrus sedet, aut in nullo ergo.

Satisfit argumento, concesso anti, negando conseqm; aliud enim est non connotare in speciali tempus presens; aliud vero est sub disiunctione signare tempus presens; primum autem reperitur in propositione ista Petrus sedet, non tamen secundum: consequentia 2a etiam negatur, vel distinguitur: ergo idem est dicere Petrus sedet, ac dicere explicite, et formaliter Petrus sedet in hoc, vel illo instanti; nego conseqm: idem, ac dicere implicite, et virtualiter, concedo conseqm: cum enim sessio presens debeat fieri in aliquo instanti presenti, qui dicit, Petrum de presenti sedere,

virtualiter etiam dicit, Petrum sedere in hoc, aut illo instanti praesenti; non vero, quando idest praesens, et habitura propositione signetur: unde talis propositio habitualiter non est disiuncti ha improprie; sed de vera in falsam mutari potest. Ad confirmationes eadem solutio, ac distinctio adhibenda esto.

Secundum obstat; haec propositio de praesenti Petrus currit uno tantum, et tribus modis potest significare cursum de praesenti, et tempus praesens; 1° indeterminate, ita ut significet Petrum currere in hoc, vel illo tempore praesenti; et sic ab initio erit propositio semper vera, vel falsa; quia vel Petrus currit in aliquo ex illis temporibus, et sic erit vera; vel non currit, et sic erit falsa: 2° modo potest significare omne tempus collective praesens; ita ut significet, Petrum currere in omni tempore durationis illius propositionis; si enim in omni tempore talis durationis currat Petrus, propositio semper erit vera; si vero cesset a cursu in aliquo instanti talis durationis, erit propositio semper falsa.

Tertio denique potest significare tempus determinate significando illud solum tempus primum, aut instans, in quo primo habetur propositio; ita ut eius sensus sit, Petrus currit in hoc instanti A; et sic semper erit vera tantum, vel tantum falsa, scilicet pro varia in instantia duret propositio, et significabit semper primum illud instans A: ergo non potest excogitari aliquis modus, quo illa propositio mutetur de vera in falsam.

Satis firmamus, negando primum antecedentis argumenti, nam non est necesse quod propositio de praesenti aliquo ex illis tribus modis

283 repræsentet obiectum, et tempus: potest enim aliqua propositio il-
lud repræsentare velut abstracte, id est non signando tempus
disiunctive acceptum; nec copulative; nec omnino determinate; sed
præcise repræsentando obiectum pro tempore sibi præsenti, quod-
cumque illud sit, ut in casu nostro expositum est: unde
abstrahendo ab his tribus modis differentibus in
signando obiectum, solum propositio repræsentat illud, ut existens
præcise pro tempore præsenti; siquidem conveniunt omnia
illa tempora in hoc quod est signare tempus præsens.

Quia
præterea non erit ab initio propositio vera, vel falsa; nam
eatenus illa dicitur petere aliquod tempus præsens inde-
terminate, quatenus non petit determinate esse veram, aut esse falsam;
sed ex se est semper indifferens ad hoc ut habeat sibi præ-
sens instans in hoc obiectum ita sit, vel in hoc obiectum ita non sit:
ubi notabis aliud esse quod propositio petit, ut sit, et aliud, quod
petit, ut vera sit; nam ut propositio sit, solum petit aliquod instans
sibi præsens; ut autem vera sit, petit, quod obiectum ita existat in
eo determinate instanti, quod sibi præsens est, quodcumque sit de aliis.

Tertium
[illegible] sit, ad hoc ut propositio ista Petrus currit sit vera, debet
supponi illius obiectum ita esse non solum in hoc instanti, sed etiam
in omni tempore importato per copulam; atqui eo ipso, quod in hoc instan-
ti supponatur obiectum propositionis existens in omni tempore importa-
to per copulam, implicat postea in aliquo tempore importato
per copulam non existere: ergo implicat postea propositionem fie-
ri falsam, si semel vera supponatur. Confirmatur, eo ipso, quod
copula illius propositionis vere significet in instanti sibi
præsenti existentiam obiecti, etiam in eo instanti signat existen-

tiam obiecti in reliquis omnibus instantibus; quia semper habet eandem significationem, nequit mutari de vera in falsam.

Confirmatur, impossibile est, quod una propositio mentalis repraesentet modo aliquid, quod antea non repraesentabat; nam cum sit essentialis repraesentatio obiecti, si subsistat eadem repraesentatio, semper manet repraesentans idem obiectum: ergo impossibile est, quod mutetur de vera in falsam: probatur consequentia quia si mutaretur in falsam, tunc repraesentaret aliquod instans, quod antea non repraesentabat, quando erat vera: ergo nequit mutari.

Satisfit igitur, distinguendo maiorem: ut ea propositio sit vera, debet supponi obiectum illius ita esse in omni tempore importato per copulam in eo instanti, quod est sibi praesens, concedo maiorem; debet obiectum ita esse in omni tempore importato per copulam in aliis instantibus, quae tunc non sunt sibi praesentia, nego maiorem: itaque illa propositio Petrus currit solum requirit, ut vera sit, quod in omni tempore sibi praesenti quando enuntiat, conformetur cum obiecto; cum autem in uno instanti, quod sit praesens propositioni, obiectum possit ita esse, et in alio non ita, fit quod eadem propositio modo sit vera, modo sit falsa.

Ad confirmationem, negatur antecedens; quia copula illa de praesenti, quando non determinatur tempus, solum significat instans sibi praesens; reliqua autem instantia, eatenus significabit, quatenus successive fuerint praesentia illi propositioni; quia ipsa non petit potius hoc, quam illud determinate, sed tantum id, quod sibi fuerit praesens, quando enuntiat, semper eandem repraesentationem habens, sive obiectum ita se habeat, sive non, pro diversis instantibus successive

27º signatis.

Ad 2m dico anti, negatr cda; ad probaonem negoants; q̄ hęc propositio Pe currit in raone re positionis solum petit aliqd instans sibi pręsens, sive hoc, sive illud; qd semper habet modo sit uera, modo sit falsa; unde semper requirat idem obiectum, licet esse sit indifferens ad hoc instans, vel ad illud; quę indiffa non aliena ē in actibus intrins; sicut hęc cognitio, qua ..., indifferens ē esse ad hoēs, et ad equos; et tunc de facto hoēs respiciet, quando ex aliqua circumstantia contrahatr, et detertr ad hoēs.

## Caput 4, an veritas, aut falsitas propositionum possit augeri, vel minui?

Ne diversas disputationis series, inire adeo facili, institutas, sint tanquam appendices difficultates hanc annectere necesse fuit: quęstio autem hęc aliis terminis controvertitur, an videlicet una propositio possit ēē verior, aut falsior altera? ad cuius expeditionem premittendū, qd significetr noē intensionis, et extensionis; q̄ in his vocibus intensivé, et extensivé tota vis stat: sumitur igitr datur propria, et rigorosa intensio, quando dantr plures partes qualitatis in eadem parte subti; vg quando augetr calor in aqua affecta calore aliquo; in qualibet enim parte aquę dantr plures partes caloris, quę uniuntr cum 1o calore; ideoq̄ aqua dicitr intensive magis calida, quam antea: extensio vero datr, quando multiplicantur partes, licet non sint in eadem parte subti, sed in diversis; vg si sit in 1a medietate ulnę unus gradus caloris, et

alteri adveniat, qui aliam medietatem occupet, diceretur quidem calor esse major extensive, quam in diversa parte utraque constituitur; non autem gradus caloris. 272

Praemitto 2. posse unam propositionem esse certiorem, et firmiorem alia quoad assensum, vel dissensum, quem praebet obiecto; ut contingit in actu fidei, qui nititur autoritate divina; ac proinde eius veritas multo certior, ac firmior, quam veritas, quae sola autoritate humana nititur; quod videmus contingere, quoties plura, et efficaciora motiva occurrerint, quae nos impellant ad assensum alicuius obiecti; nam veritas talis actus certior, ac firmior erit, quam veritas, quae paucioribus, et debilioribus motivis constat.

Praemitto 3. posse scilicet unam veritatem entitative esse perfectiorem alia, vel quia actus in se perfectior sit, vel quia sit perfectius obiectum, ut veritas divina, qua Deus se cognoscit existere, multo perfectior est veritate, qua ego cognosco hominem existere: solum quaestio nostra constituitur de veritate formali (et simul de falsitate) quae desumitur ex conformitate cum obiecto.

His praemissis, sit nostra conclusio; veritas et falsitas in rigore loquendo non augentur intensive; neque una propositio potest intensive esse verior, aut falsior altera: probatur, quia veritas, et falsitas est conformitas, et difformitas actus cum obiecto; sed non augetur, aut minuitur conformitas, aut difformitas in eadem parte subiecti, videlicet propositionis; ergo non datur intensive maior, vel minor veritas, aut falsitas in propositione: probatur antecedens inprimis circa veritatem, eatenus una propositio posset dici verior altera, quatenus contineret plures

affirmationes veras, et illis quibus valet; sed hoc est magis
272 extensive esse veras, non tamen intensive; ut si currente Petro, dicas, possibile est Petrum currere, et postea proferas Petrus
actu currit, haec secunda propositio eatenus est verior prima, quatenus continet illius veritatem, et praeter illam addit aliam: quod non est verior intensive.

Similiter de falsitate dicendum: quod eatenus una propositio est falsior altera, quod continet plures falsitates; ut si currentibus tantum tribus hominibus, dicat quis ex primis, currere quatuor, et alius dicat mille, haec 2a propositio est magis falsa; quia continet totam falsitatem quam prima continet, et aliud amplius superaddit; sed hoc ut patet, est extensive esse maiorem; sicut ulna magis extenditur, quam palmus: ergo.

Probatur 2; quia omnes propositiones esse veras, est illas conformari suo obiecto; sed in hoc, quod est conformari suo obiecto, non dari magis et minus; consistit enim in indivisibili; ergo in hoc, quod est habere veritatem formalem, non dari magis, et minus; sed esse aequales omnes veritates. Maior patet; quia unum conformari alteri, ipse est unum omnino se habere sicut aliud; ut duo sunt nigro toto aequales; nam si non omnino, una altera se habeat sicut alia, iam non sunt conformes; sed nequit unum obiectum magis omnino se habere sicut actus enuntiat, quam aliud: ergo nequit una conformitas esse maior altera. Simili modo, omnes propositiones esse falsas, est illas difformari ab obiecto; sed in illa, quod est difformari a suo obiecto non dari magis, et minus; quia consistit in indivisibili: ergo; sicut enim conformitas consistit in indivisibili, implicat, quod eius contradictorium, scilicet difformitas non consistat etiam in indivisibili.

Unde inferendum est, veritatem contrastem unius propositionis posse ēē extensivè maiorem altera; quia potest una propositio affirmare plura obta, quam alia propositio; v.g. siquis affirmet octo hoēs currere, et oēs currunt; maior veritas extensive erit, quam siquis dicat, Pm currere, quando ipse currat.

Inferendum est etiam, falsitatem formalem unius propositionis posse ēē extensivè maiorem altera; quia potest una propositio difformari magis à pluribus obtis, quam altera; ergo potest extensivè ēē falsior: ants probatur in his propositionibus, duo hoēs currunt; centum hoēs currunt; ambae enim sunt falsae; si tantum unicus homo currat; caeterum minus prima distat à veritate, quam secunda; quia plures falsitates inferuntur ex 2a, quam ex prima; sed haec est maior falsitas extensive: ergo haec in propositionibus reperiri potest.

Ulterius inferendum est, unam veritatem, quae metaphisice necessaria est magis necessariam extensivè, quam aliam quae phisice tantum necessaria est; v.g. haec veritas metaphisica, homo est aial rationale magis necessaria est, quam ista phisica, nix applicata frigefacit manum; quia haec secunda potest supernaliter deficere; illa vero prima non item: similiter si duae veritates sint necessariae metaphisicè, extensivè potest una ēē magis necessaria, quam alia; magis enim necessarium est, quod Deus sit trinus, quam quod Pg sit homo; quia si ea veritas destruatur, plura contradictoria inferentur; quam si destruatur 2a.

Sed obiicies contra nostram resolutionem: tam vera

274 distat à Hispali, qui ab ea semotus ē per unam leucam, quam qui ē semotus per mille; quia ipsum distare consistit in indivisibili: quia licet una propositio afferet de pluribus, et alia de paucioribus, ad huc nequit ēē verior altera.

Confirmatur, licet una propositio possit ēē extensivè falsior alia, adhuc non potest ēē extensive verior alia: ergo antecedens probatur; nam cum veritas consistat in conformitate, tam conformatur, qui conformatur cum duobus, quam qui conformatur cum mille: ergo nunquam datur veritas extensive maior: in falsitate vero alia ratio ē; nam qui difformatur non ēque difformatur ab uno, quam qui difformatur à mille; cum apertum sit, istum magis extensivè diffrari: ergo datur maximum discrimen inter veritatem, et falsitatem.

Respondetur distinguendo antecedens: tam vere distat à Hispali, qui abest semotus ē per unam leucam, quam qui ē semotus per mille intensive: concedo antecedens; extensive, nego antecedens: eadem distinctione concedo exponitur; quia licet in hoc, quod ē præcisive distare, non detur magis, et minus; at falsum ē, quod in extentione leucarum non sit magis unus distans, quam alius: unde licet propositio vera, que includit plures veritates, et illa, que tantum unam veritatem includit, absolute sint vere, et ratione veritatis præcise non habeant magis, et minus, potest tamen una extensivè ēē magis vera, quam alia; quia magis distat à falso, quam alia.

Ad confirmationem nego antecedens; ad probationem admitto discrimen inter veritatem, et falsitatem; at quo inde colligitur propositiones habere intensivam veritatem, aut falsitatem: dt extensiva maior veritas minime impugnatur

arguito, si admittatur major falsitas extensiva quatenus alterum obiectum, per quod redditur falsa haec propositio affirmativa mille homines currunt; redditur vera haec negativa non mille homines currunt: ergo id quod potest reddere affirmativam magis falsam, poterit reddere negativam magis veram; et contra quo ad extentionem accipient magis, et minus tam negativa, quam affirmativa propositio.

## Disputatio 4, an propositiones de futuro contingenti tam absoluto, quam conditionato sint determinate verae aut determinate falsae. Caput 1, propositiones de futuro contingenti absoluto habent determinatam veritatem, aut falsitatem.

Apud omnes inconcusso est, propositiones, quarum obiectum est praeteritum, vel praesens, habere determinatam veritatem, aut falsitatem: quare in re quaestio devolvitur ad propositiones de futuro contingenti, quarum obiectum potest esse, vel non esse, et est indifferens ad existentiam et carentiam existentiae; haec difficultas pertinet theologica arguta, quae ad illas digne discutiendas aliquot libros compillant, ne extra institutum nostrum theologi videamur nobis tractanda erit.

Dicitur ergo futurum respectu alicuius rei id quod eidem modo non coexistit, et in aliqua subsequenti differentia temporis existet: aliud futurum conditionatum, aliud absolutum: futurum conditionatum de quo in 3 capite

276

e qd absolute non ponetr à parte rei; poneretr autem si adesset disio; ut si Antichristus peccaret condemnaretr: futurum absolutum e illud quod tempore sequenti vere et realitr habebit existentiam; hac ratione Antichristus modo dicitr absolute futurus.

Ex hoc autem futuro absoluto aliud e futurum absolutum contingens, seu liberum, quod existet ita, ut potuerit non existere, etiam positis omnibus requisitis, et ablatis omnibus impedimentis; hac ratione e contingens peccatum Petri crastino die futurum: aliud e futurum absolutum naturale, quod ita existet, ut positis omnibus requisitis non posset non esse; sic naturalis e illuminatio solis crastino die futura: de propositionibus enuntiantibus haec futura absoluta naturalia non e litigium; constat enim, eas esse determinate veras, aut determinate falsas; sic enim vera e nunc determinate haec naturalis propositio, Sol cras illuminabit: solum quaerimus, utrum propositiones tam singulares, quam universales affirmantes, vel negantes fore aliquod futurum absolutum contingens, sint in se determinate verae, vel determinate falsae?

Error enim fuit Aristotelis 1° Perihermeneias cap. 8, propositiones singulares de futuro contingenti absoluto non habere determinatam veritatem, aut falsitatem; propterea Deum ignarum esse futurorum contingentium, nec scire posse determinate quidnam esset eventurum: ita enim Philosophus interpretatus e Aristotelem eius Commentator Averroes multis in locis praecipue 2 Metaphisicae, commentario 87 et 88: et sanctis Patribus eundem errorem Aristoteli tribuunt sanctus Epiphanius haeresi ultima; sanctus Gregorius Nazianzenus oratione 3 de theologia; sanctus Ambrosio

nec non Theodoretus; Clemens Alexandrinus, ex scholasticis antiquis Gregorius dist. one 38 q. 2 a. 2, et Gabriel, Ocam: ex Patribus innumeri, quos erudite Pr Vasq. 1a parte de scientia Dei allegat. 2

Quoniam præter mores retuli, ut Patrum Discalceatorum simplicitatem, qui modestia omnibus et instituto præire debuissent, planam perciperes; aiunt enim, in suo cursu Complutensi 2a parte logg., ab Autoribus societatis Iesu, hunc errorem tributum Aristoteli, ut quandam scientiam mediam melius statuant, ac defendant; sed egregie viri pii falluntur; nam plures Autores ex societate, et pro omnibus unus Pr Didacus ruis de montoia harum scholarum lumen disputatione 28 de scientia Dei ab isto errore Aristotelem excusat.

Quapropter superfacaneum est pro re tam pervia Catholicorum Doctorum unanimi sensu annuente, hunc Patronos advocare; ut optime notat Pr Vasq. 1 parte disputatione 68, Deus enim, ut de fide constat, præscientiam habet futurorum contingentium; nec salva fide id Deo nequit à catholico denegari.

Id circo sit 1o nostra conclusio: propositiones tam universales, quam singulares sunt in se determinate veræ, vel determinate falsæ: probatur ratione theologica, ut Aristotelis errorem prius impugnemus; Deus enim habet, ut constat, scientiam infallibilem de futuris contingentibus v.g. de peccato divi Petri; sed hæc scientia Dei est determinate vera, ut non est minus certum: ergo propositiones de futuris contingentibus absolutis sunt de-

278 trate veræ: insuper oracula prophetarum, quæ multa ventura prædicebant, antequam evenirent, erant propositiones absolutæ contingentes veræ: ergo. Præterea illa propositio hæretica, quæ contradicit divinæ scientiæ, et eius veritati, ẽ detrate falsa: ergo dantur propositiones de futuris contingentibus detrate falsæ.

Probatur 2; quia hæ propositiones, omnis homo flebit die crastina; aliquis homo non flebit die crastina secundum contris habent detratas veritates, et falsitates: ergo similiter propositiones singulares de futuro contingenti absoluto: probatur sequela; quia si hæc propositio sit vera omnis homo flebit, sequitur etiam ista vera Petrus flebit: deinde si sit falsa hæc aliquis homo non flebit, infertur narliq, quod aliquis homo singularis non flebit, et consequenter quod aliqua propositio singularis sit detrate in se vera, licet à nobis non cognoscatur detrate vera, ut multoties nobis contingit.

Probatur 3; quando duæ propositiones sunt contradictoriæ, una debet ẽẽ detrate vera, et altera falsa; sed istæ duæ propositiones de futuro contingenti absoluto, Antichristus peccabit; Antichristus non peccabit sunt contradictoriæ: ergo una ẽ detrate vera, et altera falsa. Confirmatur 1, illa propositio ẽ actu vera, quæ actu conformatur cum suo ob.to; et quæ actu non conformatur ẽ detrate falsa; sed hæc propositio Petrus cras curret, actu conformatur, vel non conformatur cum ob.to: ergo actu ẽ detrate vera, aut falsa: minor probatur; quia cursus Petri, vel erit cras; vel non erit cras; si erit cras; ergo propositio illa de futuro actu conformatur cum ob.to: si non erit cras, ergo propositio illa actu difformatur ab ob.to, quod repugnat: ergo detrate ẽ vera, vel falsa

Confirmatur 2°

q̃ hodie verũ est, q̃d ego nunc explico lectiones: ergo heri erat à te vera propositio, quæ affirmabat, me hodie explicaturum lectiones: cons. probatur, q̃a q̃d modo dr, id antequam fieret fuit futurum; ideoq̃ Prophetas asserimus illuse, posquam ea impleta suo tempore st, q̃ui vera prædixi

## caput 2 Aristotelis fundamenta penitus evertuntur.

Pro fundamentis Aristotelis, quæ occationes errandi ipsi dedere, arguest; si propositiones de futuro contingenti absoluto haberent determinatam veritatem, quam Deus cognosceret, tolleretur rerum omnium contingentia, et omnia nature evenirent: ergo propositiones de futuro contingenti non habent determinatam veritatem, aut falsitatem: ants probatur, et loquamur de hac propositione Occurret, si hæc propositio habeat determinatam veritatem, ac proinde hodie sit determinate verum eius obiectum futurum, Deus ab æterno cognosceret, Petrum esse cursurum; siquidem quod in tempore est determinate faciendum, ab æterno cognitum à Deo: ergo necessario, non contingens, Petrum esse cursurum: probatur cons., q̃a scientia Dei falli non potest; ideo necessario, et infallibiliter debet ponendum in re q̃d Deus cognovit: ergo cursus Petri necessario ponetur.

Confirmatur 1.

q̃a q̃d sit Deo eventurum, non potest aliter evenire; sed Deus scit, Antichristum peccaturum esse: ergo Antichristus non potest non peccare: ergo necessario peccabit. Confirmatur 2° si non peccaret Antichristus, falleretur scientia Dei; sed Antichristus potest non peccare: ergo potest falli scientia Dei.

280 Confirmatur 3°: posita existente scientia Dei de Antichristi
peccato potest ille non peccare: ergo potest falli scien-
tia Dei: probatur antecedens, quia scientia Dei non tollit ab Anti-
christo potentiam, quam habet ad non peccandum, cum non toll-
at libertatem illius: ergo.

Ad argumenti solutionem duplex ne-
cessitas discerni potest; alia antecedens, et alia consequens; necessi-
tas antecedens seu absoluta est, quae provenit ab aliquo principio
ante independenter a determinatione libera causae, et natura(?)
infert illius effectum; haec enim necessitas tollit libertat-
em causae, qua ratione cum quis acriter impellitur ad currend-
um, cursus illius non libere, sed ratione necessitate ante,
et absoluta poneretur; quia positus fuit quin dependeret a sua(?)
liberam determinationem: necessitas autem consequens, seu ex suppo-
sitione est, quae provenit ex libera determinatione causae; v.g. ex
suppositione, quod Petrus currat, impossibile est, quod non currat; quia dum cur-
rit, non potest componere, seu iungere cum cursu non cursum;
haec enim necessitas nullatenus laedit libertatem causae; quia Petrus se
libere determinavit ad currendum, cum absolute potuerit non cur-
rere in eo instanti.

Hoc praenotato, facile respondebis ar-
gumento, negando antecedens; ad probationem admisso ante, distin-
guendo consequens; quia nar ille, Petrus est cursurus necessitate ante
et absoluta, nego consequentiam; necessitate consequenti, et ex suppositione
concedo consequentiam: ad probationem eadem distinctio applicanda
erit, sicut cuilibet propositioni eiusdem formae: ubi semper
animadvertes scientiam Dei futurorum contingentium non
inferre ex parte principii, videlicet Dei, absolute futurum
effectum: nullo enim infertur necessitas in cursu Petri

et eo qd Deus videat scientia sua Petrum currere; et ratio est, quia ideo videtur à Deo, Petrum currere, quia ipse ex sua libertate, et beneplacito voluit currere; et non ideo currit, quia videtur à Deo: propterea hec illatio licet sit necessaria, video Petrum currere; ergo Petrus currit, dicitur necessitas non antis, sed conseqüentis, et nullatenus lædens libertatem; quia ex illa necessitate non infertur, qd Petrus absolute necessario currat; sed solum qd currat necessario ex suppositione, qd ipse currat; unde scientia Dei supponit liberas determinationes causarum; solum quo infert effectum necessitate consequenti.

Ad 1m confirmationem distinguendo maior; qd Deus scit, non potest aliter evenire necessitate antis, nego maiorem; necessitate consequenti, concedo maiorem: deinde distinguitur consequens; ergo Antichristus non potest non peccare ex suppositione, qd peccaturus sit, concedo consequentiam; seclusa ea suppositione, nego consequentiam. Ad 2m confirmationem simili distinctione respondebis. Ad 3m, distingues antis; persistente scientia Dei, potest Antichristus non peccare in sensu composito cum scientia, sive ex suppositione scientiæ, nego antis; in sensu diviso, sive exclusa suppositione scientiæ, concedo antis. Itaque Antichristus simul cum scientia Dei de peccato nequit componere, sive coniungere negationem peccati; quia scientia Dei de peccato involuit suppositionem, qd Antichristus peccaturus sit; cum qua suppositione componere nequit negationem peccati: ceterum in sensu diviso; et nulla facta suppositione de peccato Antichristi futuro, potest illa componere negationem peccati: ad probationem etiam distingues antis; scientia Dei non tollit ab Antichristo potiam ad non peccandum

in sensu composito cum peccato futuro; nego antecedens: ad non peccandum in sensu diviso; concedo antecedens; numquam enim Antichristus habet potentiam ad non peccandum in sensu composito et suppositione futuri peccati; quia nequit coniungere negationem peccati cum ipso peccato: at in sensu diviso, antequam determinatur ad peccatum, habet potentiam ad non peccandum.

Pro cuius maiori explicatione distinguendus venit duplex sensus compositus; alius est sensus compositus potentiae ad currendum, et non currendum simul cum negatione actuali cursus: alius sensus compositus ipsius cursus cum negatione cursus: ad primum datur potentia in causa libera; non tamen ad secundum; quia nulla causa coniungere potest simul effectum, et negationem illius; licet causa libera quando ponit effectum, coniungat potentiam ad negationem illius simul cum effectu; quia actu producere effectum, non pugnat cum potentia ad illum non producendum: Tunc sic cognoscit Deus cursum Petri contingentem, et liberum; stante hac scientia de cursu, nequit coniungi negatio cursus, sicut nequit coniungi ipse cursus cum sua negatione; et sic scientia Dei falli nequit; quia numquam scientia de cursu potest simul componi cum negatione cursus: at quando Deus cognoscit cursum, simul est in Petro potentia ad ponendum non cursum in sensu diviso scientiae.

Argues 2º: peccatum Antichristi non habet esse determinatum: ergo propositio illud affirmans non habet veritatem determinatam: antecedens probatur; nam Antichristus non se determinavit ad peccandum, cum nondum existat: ergo peccatum illius non est determinatum. Confirmatur; quia omne inferens necessario effectum, et antecedens, efficit effectum esse necessarium; sed veritas futurorum contingentium, si detur, ita se habet: ergo.

Confirmatur 2; quia si daretur determinata veritas in propositionibus de futuro; non esset necessitas sollicitudinis mediorum, in qualibet re peragenda; frustra enim media illa adhiberentur; hoc autem est dici nequit: ergo neque illud ex quo sequitur: sequela probatur; quia ille, qui aegrotat, vel moriturus est, vel non moriturus est; si moriturus, ad quid tot medicinae, ad quid medicus advocatur; in vanum enim recidet curatio: si non est moriturus; quantumvis medicamina non applicentur salutem consequetur aegrotus: similiter vel Rex noster Lusitaniae assequetur victoriam, vel non; si est assecuturus quid curat de militibus: si non est assequuturus; frustra bellica tormenta disautiet: similiter de frugum proventu, imo de operibus aeternae salutis; novit enim Deus, me beatitudinem nacturum, vel non; si primum quantumvis depravatissime vixeris, non potes eandem negare: si 2m, quantumvis bene temperate vixeris, non potes salutem adipisci.

Respondetur ad argumentum, distinguendo antecedens, non habet esse determinatum actuale; concedo antecedens: non habet esse determinatum futurum, nego antecedens; etenim sicut verum est, quod se determinabit Antichristus ad peccandum, ita etiam in eodem sensu est verum, quod peccatum Antichristi de futuro est determinatum; quod contingit etiam in propositione de praeterito, quae est modo vera; licet modo non existat determinatio obiecti, sed praeextiterit. Ad 1m confirmationem, distinguo antecedens; omne inferens necessario effectum necessitate antecedenti, efficit effectum esse necessarium, concedo antecedens: necessitate consequenti; nego antecedens: unde veritas futurorum, et etiam scientia Dei, quae subsequuntur futuritionem effectus, non impediunt libertatem, aut contingentiam effectus.

ad 2m confirmationem res-

pondebis, negando sequelam; ad profanos dies; ideo esse, qui aegrotat, moriturus ē, q' non adhibuit medicamenta, nec Medicos consuluit; et similiter ideo Rex non terrae quaeret victorias, q' curabit de mediis ad illas nanciscendas paratis; et ideo fruges proventus sterilis erit, q' terra exculta non fuit; et denique ideo damnabuntur Peccatores, q' non executi fuere opera salutaria: unde variata esse his requisita ex parte actus primi, et ex parte causalitatis, quod requisitis suppositis effectus sequetur, vel non sequetur.

Caeterum sicut non bene valet, calor in manu producendus e ab igne; ergo calor ē producendus in manu etiam absente igne; sic ex eo, q' aegrotus non sit moriturus, non bene infertur, q' etiam deficientibus medicinis, et Medicis, non esset moriturus; propterea varia consultatio mediorum pro eventibus futuris; q' ipsa media sunt, quae efficient res futuras, quas evenire optamus: et hinc est, q' Deus praevidet res futuras eē; q' ipse futurae sunt dependenter a mediis; non tamen futurae e independenter a mediis, q' praevidet illas Deus.

## Caput 8. etiam propositiones de futuro contingenti conditionato habent determinatam veritatem, aut falsitatem.

Expensis huius q', quae pertinent ad veritatem, et falsitatem futurorum contingentium absolutorum, restat, ut breviter, de de futuris contingentibus conditionatis asserendum expendamus,

omissis aliis theologicis, quæ ad nostrum institutum non spectant: ubi suppones 1°, propositiones de futuro conditionato, quæ afferunt obiectum narium, imo obiectum impossibile, difficultatem non attingere; nam ratum apud omnes est, esse de tali veras, aut falsas; hæc enim de tali est vero, si sol cras illuxerit, dispellet tenebras: et hæc de tali est falsa, si Petrus esset homo, esset hinnibilis: solum superest difficultas de propositione conditionali libera, quæ importat obiectum contingens, ita ut si ponatur conditio, potest contingere, et non contingere; ut si a Petro postularetur eleemosyna illam erogaret posita enim illa conditione, adhuc nario non sequitur eventus futurus, sed solum contingens, quod sequatur: unde particula Si non sumitur hic in sensu illativo, et nario; quia inter conditiones, et effectum non datur naria illatio.

Secundo suppones, debere in prædictis propositionibus, de quibus controvertia est, conditiones aliquomodo conducere ad effectum, vel tamquam causam, vel tamquam requisitum, quod licet non inferat nario effectum, proportionem aliquam debet habere ad illum; ut si Petrus vocaretur a Deo converteretur; ubi aliqua proportio datur inter vocationem Dei, ac eius auxilium, et inter Petri conversionem.

Tertio suppones, non prærequiri ad veritatem similium propositionum, quod effectus sit absolute futurus; nam possumus cum veritate affirmare illud, quod numquam absolute ponetur, esse futurum, si talis conditio poneretur; ut aperte liquet ex Christi Domini verbis Matthæi cap. 11. Væ tibi Corozain, væ tibi Betsaida, quia si in Tyro, et Sidone factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in te, olim in cilicio, et cinere pœnitentiam egissent? quæ propositio verissima est, licet

penitentia Tyriorum, et Sidonum, numquam sit ablutura futura: unde verum est proloquium, conditio nihil ponit in esse.

Cum

Thomistarum sententia tueatur, has propositiones conditionatas de obiecto futuro contingenti non habere determinatam veritatem, aut falsitatem; ac per consequens Deum non posse habere de illo obiecto scientiam conditionatam: opposita sententia ab innumeris Doctoribus praesertim de Societate nostra, quae tota in hanc sententiam girat, talemque scientiam in Deo esse acriter propugnat, defensatur: videantur P. Suares tomo 1o de gratia Prolegomeno 2, P. Herice tractatu 1 disputatione 7 cap. 1, P. Didacus ruiz de montoia, disputatione 69 de scientia Dei, qui latissime expendit autoritate sanctorum Patrum, et veterum scholasticorum pro tali scientia adstruenda.

Probatur

1. haec nostra sententia ab autoritate, et ne omnia sacrae Paginae testimonia omittantur, aliqua tetigisse, sufficiat; primum sit illud 1m Regum cap. 23 ubi cum David interrogarit Prophetam Dominum, nunc disponat Saul venire in Ceilam, ut evertat urbem propter me? et ait Dominus, descendet; et si tradent me Viri Ceilae, et Viros, qui sunt mecum in manus Saulis, et dixit Dominus, tradent ecce illa propositio conditionalis vera; si David remaneret Ceilae adventurus erat Saul; et Viri Ceilae tradituri erant David: 2m sit illud Lucae cap. 16 si Moisem, et Prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent, tertium denique et Pauli 1o ad Corintios 2o si enim cognovissent, numquam Dominum gloriae crucifixissent. Scio inanes Thomistarum solutiones ad praedicta, et similia testimonia [Thomistarum] tradere, immo efferentas a PP. Thomistis, qui aliter in decreto divinae voluntatis Deum hae

futura cognoscere affirmant; sed etiam hos impugnare theologis relinquimus.

Probatur eisdem rationibus quibus pro facta manet veritas propositionum de futuro contingenti absoluto, quoties duae propositiones sunt contradictoriae una debet esse vera, et altera falsa determinate; sed hae sunt contradictoriae, si Petrus vocaretur a Deo converteretur, non si Petrus vocaretur a Deo converteretur: ergo una illarum esset vera, et altera falsa determinate: ergo propositiones conditionatae habent determinatam veritatem, aut falsitatem.

Probatur 2.; quia haec propositio est hodie determinate vera Petrus vocatus convertitur: ergo heri fuit haec determinate vera si Petrus vocaretur converteretur, patet consequentia; quia de illo, quod determinate fuit positum tali conditione verum erit determinate dicere, quod erit eventurum, si conditio poneretur: ergo.

Probatur 3. haec est legitima arguatio, si a Petro peteretur eleemosyna dabit illam, sed a Petro re ipsa petetur ergo dabit illam; sed non esset arguatio legitima, nisi prima propositio maior esset determinate vera; ergo est determinate vera: minor constat; quia illud consequens non recte infertur solum ex propositione minori: ergo alia maior debet esse vera, ut recte inferatur ex utraque praedictum consequens: maior probatur, videlicet, quod sit illa arguatio legitima; tunc quia propositio conditionata, purificata conditione, transit in absolutam; tum etiam quia haec est legitima arguatio, ut ipsi adversarii debent concedere; quando a Petro petitur eleemosyna, dat illam; sed hodie petitur a Petro: ergo hodie dat illam; ergo similiter illa arguatio erit legitima; vel reddant discrimen, quod difficillimum

reputo.

Hic etiam solet controverti, ut inter theologos nostre societatis dissidium est, utrum propositiones conditionales, in quarum conditio omnio disparate se habet, habeant determinatam veritatem, aut falsitatem; v.g. si turca dormiret, Petrus deambularet, et similes; si coniungatur simul somnus turce, et deambulatio Petri, an hec propositio sit determinate vera? Pr. Hericz tractatu de scientia Dei disputatione quam decimo, ut recte oppositas sententias componat, distinguit triplicem significationem particule si; prima est quando datur necessaria conexio, et illatio inter conditionem et effectum; 2° quando datur aliqua proportio inter conditionem, et effectum; de 1a, et 2a loquuti iam sumus: 3a est, quando in latiori significatione particula si significat idem, quod quando, et in hoc sensu solum propositiones conditionales disparatę habebunt determinatam veritatem, aut falsitatem; nam sensus tunc facit v.g. hec, quando turca dormit, Petrus deambulat, quę potest esse vera, aut falsa, ut liquet.

# Disputatio 5a; utrum propositioni copulativę constanti ex duobus extremis contradictoriis possit assignari propositio contradictoria.

## Caput 1m affirmativa sententia nobis defensanda suscipitur.

Si memoriam refricas, in progressione nostri compendii breves appendices ad calcem reperies

ubi ne prolixus viderer, ac tot inter implexas trogulistricas, ac propositionum imperas syllabas irretirer is, ad hunc, si otium permitteret, locum difficultates transmisi, hisce temporibus agitatam, utrum detur aliqua propositio, cui non possit assignari contradictoria? de propositione simplici, et de copulativa nullum dubium est; solum quae de propositione copulativa de extremis sibi contradicentibus versatur quaestio: v.g. de hac Petrus currit, et non currit.

Certum enim est, cuilibet propositioni compositae affirmativae posse assignari contradictoriam praenegationem illi praefixam; ut ait Philosophus 1 de interpretatione cap. 4, et eoentur propositioni compositae affirmativae contradici propositiones copulativas negativas, quae ex receptum principium Dialecticorum aequivalet disiunctivae impropriae; Petrus currit, et Joannes deambulat; non Petrus currit, et Joannes deambulat, id est, Petrus non currit, vel Joannes deambulat.

Deinceps certum est, sensum propositionis hypotheticae copulativae esse semper, quod illa duo, de quibus affirmat aliquid, coniungantur in veritate; itaque dicit utraque haec pars est vera: et etiam sensum disiunctivae impropriae esse, quod aliquod saltem ex extremis non sit verum; itaque dicit, altera harum partium saltem non est vera: si vero propositio copulativa nihil assereret praeter veritatem simplicium propositionum, manifestum est, non posse illi assignari contradictoriam; quia tunc propositioni Petrus currit solum potest contradicere haec, Petrus non currit; et qui praecise affirmaret cursum de Petro, et etiam illum negaret, in quibus aliud adiiceret, non est modus quo illi posset contradici.

2º Duplex igitur est sententia, prima negat, posse assignari contradictorias propositioni copullatiuae praedictae; sic P. Geor. Hemet, qui primus in scholas disputationes hanc inuexit volumine tractatus disputationes cap. 6, a numero octauo, quem sequuntur ss ingeniosi, et non pauci RRs: fundamentum huius sententiae in eo stat, quod si aliqua esset illius contradictoria, maxime haec non Petrus currit, et non currit; sed haec includitur in illa prima propositione, et ex illa infertur: ergo non contradicit huic Petrus currit, et non currit; siquidem contradictoriae solo se destruunt, et una non infertur ex alia: minor probatur; ista propositio Petrus currit, et non currit in prima sui parte asserit Petrum currere, et falsum esse, quod non currat; et in 2a asserit Petrum non currere, et falsum esse quod currat; unde integer sensus propositionis est, verum esse quod Petrus currat, et verum esse quod non currat; et etiam falsum esse, quod Petrus non currat, et falsum esse, quod currat et quo sensu manifeste infertur haec propositio non Petrus currit, et non currit: ergo haec propositio includitur, et infertur ex prima copullatiua affirmatiua.

Unde inspecto hoc fundamento, aliqui ex RRbus fatentur, isti propositioni Petrus currit, et non currit assignari non posse contradictoriam, si attendatur sensus implicitus illius propositionis; bene tamen si attendatur ad sensum per verba expressum; attento enim sensu explicito, non infertur propositio negatiua, non Petrus currit, et non currit. Ast praedictum fundamentum nullum est: unde tota sententiae structura corruit: admitto igitur primo propositiones negatiuas copullatiuas et alteram affirmatiuam inferre; ad huc tamen hoc non obs=

repugnat, ut sint contradictoriæ; probatur, nam non repugnat, quod aliquid impossibile includat destructionem sui ipsius: ergo non repugnat, quod inferat eius contradictoriam, quæ illam destruit: probatur antecedens; nihil destruit rem impossibilem, ac ipsa impossibilitas, quæ non tantum tollit illi existentiam; sed etiam possibilitatem, possibilitatem, possibilitates sed sed sed etiam possibilitates; et tamen quælibet res impossibilis essentialiter includit ipsam impossibilitatem: ergo non repugnat, quod aliquid impossibile includat in se ipsam sui destructionem.

Confirmatur ulterius; istud impossibile homo non homo, vel infert negationem sui, vel non infert? si primum dicatur; ergo sicut infert sui negationem, poterit inferre contradictorium sui: non enim opponitur rei magis contradictorium, quam sua negatio: si vero dicatur, non inferre, contra ergo iam habebit contradictorium, patet consequentia; nam si propter aliquid negandum illud esset, maxime quia inferret, et suo contradictoria sed hoc non ita evenit: ergo: unde admitto, quamcumque ex prædictis propositionibus formaliter asserere suum oppositum contradictorium falsum.

Secundo ad fundamentum respondeo, falsum esse, quod quævis propositio ex illis dicat, oppositum esse falsum sive implicite, sive explicite; nam si per impossibile posset simul Petrus currere, et non currere, illa propositio copulativa affirmativa esset vera; et consequenter illius extrema essent vera: ergo nullatenus illa propositio Petrus currit dicit contradictorium Petrus non currit esse falsum: unde diversos conceptus est, ponit Petrum, et tollit contradictorium

illius, ac proinde diversis enuntiationibus habibus exponuntur, et quae unam exponit, alteram non exponit.

Rursus falso affirmant Adv., non posse assignari contradictoriam illi propositioni secundum sensum implicitum, bene tamen secundum sensum explicitum; nam primo ille sensus, qui implicitus, et virtualis est, potest fieri expressus, et habis: ergo nulla ratione potest assignari contradictoria; vel etiam secundum sensum implicitum potest assignari: secundo in contraria sententia idem habitur, et explicite dicere, quod Petrus currit, et quod non datur negatio cursus Petri, seu quod falsum est, Petrum non currere: et tamen iuxta adversarios secundum sensum explicitum potest illi assignari contradictoria: ergo secundum sensum implicitum etiam potest assignari.

Tertio sensus implicitus, et explicitus eius propositionis est asserere, quod istae propositiones Petrus currit, et non currit sunt simul verae, et simul falsae; sed sufficienter contradicitur isti sensui, si dicam, illas non esse simul veras, et simul falsas; media propositione disiunctiva impropria: ergo sensui implicito, et explicito simul potest contradici.

Circa propter contrariam sententiam affirmat, propositioni copulativae praedictae assignari posse solis disiunctivam impropriam, propositionem contradictoriam: ita contra Adv., et ex his Petrus Hurtado logicae disputatione 8 sectione octava quae habetur num. 4: quam sententiam amplectitur, et iam probo.

## Caput 2 rationibus roboratur nostra sententia.

Probatur primo praeter rationes, quas in sum

attigi; nam si praedictae propositioni non posset assignari contradictoria, sequeretur, quod nulli propositioni negativae variae etiam categoricae posset assignari contradictoria; sed hoc est absurdum: ergo et antecedens, et quo infertur sequela: probatur maior; si propositioni variae negativae verbi gratia huic Petrus non est equus posset assignari contradictoria illa esset impossibilis propositio; sed propositio impossibilis non posset habere contradictoriam, si vera esset sententia adversariorum: ergo propositioni variae negativae non posset assignari contradictoria: probatur minor; nam ex quolibet impossibili inferuntur duo contradictoria, alioqui non esset impossibile; unde ex ea propositione Petrus est equus, si attendatur totum, quod dicit, infertur copulativa Petrus est equus, et non est equus: ergo si ratio pro utraque opposite Doctores defendunt, istam propositionem non Petrus currit, et non currit, non esse contradictoriam huius Petrus currit, et non currit, eo quod ex ista infertur illa negativa; etiam nulla propositio affirmativa impossibilis posset habere contradictoriam, et consequenter nulla propositio varia negativa etiam categorica.

Probatur 2; si quis assereret pertinaciter, dari duas contradictorias simul veras; et postea in se rediens, saniori mente affirmaret, non dari duas contradictorias simul veras, profecto ille homo sibi ipsi contradiceret; sed prima propositio Petrus currit, et non currit affirmat dari eas duas propositiones contradictorias simul veras, et ista, non Petrus currit, et non currit dicit non esse simul veras: ergo una contradicit alteri.

Confirmatur; nam licet verum sit, quod ista propositio Petrus currit, et non currit asserat utramque contradictoriam esse veram

et simul utramq; ee falsam, ut supra exposui; hęc tamen propositio negativa non Pg currit, et non currit negat totum quod altera affirmat; negat enim quod iungantur in veritate, et falsitate simul, negando unum extremum saltem, sicque ideo equivalet disiunctivę improprię: ergo vere contradicit illi propositioni affirmativę.

Oppones 1°, si prędictę propositioni posset assignari altera propositio contradictoria, daretur medium inter duas contradictorias; sed implicat inter eas dari medium: ergo illi nequit assignari contradictoria: probatur maior; quia medium inter duas contradictorias est aliud quam extremum, cui neutra ex duabus contradictoriis conveniat, ee enim unum extremum saltem verum, aut falsum, est medium in quo neutra conveniat: ergo. Confirmatur, deratione unius contradictoriis est, quod destruat suam contradictoriam: ergo non potest inferre illam.

Respondetur, negando maiorem; nam ad hoc quod detur medium inter duas propositiones, opus est, quod detur aliquod tertium, in quo neutra verificetur, ut patet in his contrariis omne animal est homo; nullum animal est homo; inter quas datur medium; quia in hac veritate aliquod animal est homo nulla ex illis contrariis invenitur, ut vera sit: ast inter illas duas contradictorias a nobis assignatas nequit dari medium; quia hoc quod est ee extremum saltem verum, aut falsum, non est medium in quo neutra ex contradictoriis conveniat; convenit enim quęlibet in illo extremo, quod non est distinctum, et tertium ab extremis utriusque contradictorię. Ad confirmationem concesso antecedenti, negatur consequentia; quia non est inconveniens, ut supra manet probatum, quod simul destruat, et simul inferat suam contradictoriam.

Opponeris 2; nequit disiunctiva impropria esse contradictoria illius copullativae Petrus currit, et non currit; sed nulla alia assignari potest, quae contradictoria illius sit: ergo illa non est capax contradictionis: probatur maior; ea propositio disiunctiva impropria non distinguitur ab illa copullativa, nisi in eo quod particula et mutatur in particulam vel; haec autem sola mutatio non sufficit, ut duae propositiones sint contradictoriae, requiritur enim, quod una affirmet, quod altera negat: ergo illae propositiones non sunt contradictoriae; siquidem sunt eaedem in una, et altera propositione.

Respondetur distinguendo maiorem: nequit disiunctiva impropria esse contradictoria illius copullativae quoad verba tantum, concedo maiorem: quoad sensum sive explicitum, sive implicitum; nego maiorem: ad probationem negatur antecedens; nam non solum datur mutatio de particula et ad particulam vel in illis propositionibus; sed etiam una affirmat, quod altera negat: disiunctiva enim impropria negat, utramque esse veram simul aut falsam simul esse, et eo quod dicat unam saltem esse veram, aut esse falsam; copullativa vero affirmativa affirmat utramque simul esse veram, et simul esse falsam.

Hinc ultimo deducitur 1ª esse principium 3ª situatum, solam propositionem disiunctivam impropriam contradicere praedictae propositioni copullativae, non tamen propositionem disiunctivam propriam, ut intendit Revertior quidem, quod ad libitum dictum iudico; nam licet sit speciale hoc genus propositionum adhuc sufficienter intelligitur vera contradictio, media disiunctiva impropria; quin disiunctiva propria sit 29

naria imo officit officitur omnino huic oppositionis, sicut officit oppositioni cuiuscumque propositionis copulativae in com[muni], ut manifestum est. Rursus deducitur posse etiam assignari propositionem contrariam eodem modo, ac assignatur propositioni copulativae non de extremis oppositis, ut in [...] tradidi. Sed haec pro 2a nostrae mentis operatione sat sint.

## Tractatus 4, et ultimus, de 3a nostrae mentis operatione, videlicet discursu; in libros Aris[totelis] de Priori, et Posteriori resolutione.

Praecipuus D[ialecticae] scopus est discursus praecipua, et nobilissima species syllogismus, et demonstratio; disseruit Philosophus in libris Priorum de natura discursus in com[muni], de qua nos breviter: in libris vero Posteriorum de praecipua egit specie, videlicet demonstratione, quam ex consulto tractabimus pro 3a nostrae mentis operatione: solent enim hi libri ab antiquioribus interpretibus appellari de Priori, et Posteriori Analysi; quia in illis agitur de parte analitica, seu de resolutione conclusionis ad sua principia: faxit Deus, ut rem totam, licet breviculam, ut nobis de more est, vestro auditores mei proventui, ut hactenus, feliciter adaptemus.

## Disputatio 1 de natura discursus in com[muni], et quos actus includat. Caput 1 quid sit discursus essentia, praemittit.

translato nomine à rebus materialibus ad immaterialia discursus à Philosophis dicitur, quoties intellectus ab una veritate transit ad inferendas alias; sicut ab uno loco qui transit in alium, dicitur discurrere: discursus etenim, ut frequenter assolet sic definitur, è progressio intellus à cognitione unius obiecti ad alias cognitiones alterius obiecti: et qua definitione 1.º colliges, obiecta earum cognitionum, quae discursum constituunt, non debere esse distincta in re; satis enim è, si distinguantur penes diversum modum explicandi, ut patet in hoc discursu, qui rectus è, è homo: ergo è animal rationale: unde illud nomen progressio denotat debere esse diversa obiecta in re, vel ratione; aliter intellus non progreditur; sed sistet in cognoscendo suum obiectum, sicut si homo in eodem loco persistat, non dicetur progredi, nec currere ab uno loco in alium; quapropter discursus identicus, qualis è iste homo è homo; ergo homo è homo non è proprie discursus, quidquid oppositum censeat Fonseca libro 1.º institutionum cap. 8.º

Secundo colliges, in discursu proprio, atque formali dari debere duas saltem cognitiones realiter distinctas; et insuper unam illarum debere trahere intellectum ad habendam aliam; neque enim è discursus, si casu, et fortuito habeatur una cognitio post aliam. Tertio colliges, has cognitiones debere esse indicativas, non tamen apprehensivas; quia discursus non è, nec talis appellatur, quando intellus ex apprehensione duorum terminorum elicit indicium circa obiectum.

Duplex è discursus, formalis, et virtualis; formalis è, qui exercetur per plures cognitiones realiter distinctas, ex quarum intellus dicatur ab una in aliam discurrere; virtualis è, qui exer=

298 cetr in unica indibili cognitione iudicatiua cognente solum obtum premissarum, et conclusionis; et vi cuius cognis attingit intrus unum obtum in alio, sicut attingit intrus effectum in causa detracta, et in signo suum signatum, hic discursus virtualis dicitur obtiuus, nec proprie discursus; unde diuisio ista in discursum formales, et virtuales non est recta admodum, quo de facto in formales, et obtiuas diuidi solet.

Huic ergo discursui virtuali non obstat, quod aliunde cognoscatur obtum in se, quod per illum cognitur in alio; nec repugnat Deo talis discursus, nec eius summae simplicitati; proprius autem et formalis discursus in Deo non datur, ut probat Sanctus Thomas p.a parte quaest. 14, tum quia in Deo non datur pluralitas, ~~realitas cognis~~; tum etiam quia progressio illa, quae in discursu datur arguit imperfectiones in potentia, siquidem supponit obtum non omnino penetrari per unicam cognem; Deus autem per quamlibet suam cognem omnino penetrat quodcumque obtum.

Hic animaduerte 1.o nullam dari distinctionem inter discursum, et syllogismum mentales idem dic de discursu vocali et syllogismo vocali, non tamen de syllogismo vocali, et mentali discursu, nam sicut syllogismus ex parte premissas unaquaeque cognatur identitas duorum cum medio, et praeterea conclusionem illatam; ita etiam discursus easdem premissas, et conclusiones affert, caeterum syllogismus vocalis, et discursus mentalis distinguuntur, quia syllogismus vocalis duas petit premissas realiter distinctas; siquidem nequit dari una indiuisibilis propositio vocalis affirmans identitatem duorum extremitatum cum medio; secus autem dicendum de discursu mentali, seu syllogismo formali, quia petit duas premissas realiter distinctas

aut unam, quæ sit virtualiter duplex; cum unicum realiter iudicium mentale id totum præstare potest.

Vnde 2° animadvertes, tres cognitiones realiter, aut saltem virtualiter distinctas in omni syllogismo inveniri, quarum duæ priores realiter, aut virtualiter distinctæ vocantur præmissæ formales, et tertia dicitur formalis conclusio at vero obiectum repræsentatum á præmissis formalibus appellantur præmissæ obiectivæ, et obiectum repræsentatum á conclusione formali, conclusio obiectiva appellatur, v.g. in hoc syllogismo omnis homo est animal, Petrus est homo: ergo Petrus est animal: duæ priores repræsentationes sunt præmissæ formales, et tertia est conclusio formalis; obiecta autem illarum trium repræsentationum dicuntur præmissæ, et conclusio obiectivæ.

Quod autem duæ cognitiones virtualiter distinctæ sufficiant ad eliciendum actum conclusionis, constat aperte: quia ut ex vi formæ inferatur conclusio solum requiritur, quod in præmissis cognoscantur duæ extremitates coniungi eidem medio, quæ postea in conclusione uniantur inter se; sed obiectum præmissarum potest cognosci unica cognitione copulativa, quæ tamen cognitio esset virtualiter, seu æquivalenter duplex præmissa formalis ergo. quid enim obstat, ut intellectus habeat unum iudicium, quo repræsentet hæc duo omnis homo est animal, et Petrus est homo: ergo non est necessarium, quod ad conclusionem præcedant duæ cognitiones realiter distinctæ, sed unica virtualiter duplex: unde ad syllogismos formales mentales sufficient duæ cognitiones, quarum 1a cum sit copulativa, attingat obiectum utriusque præmissæ, et 2a obiectum conclusionis: at si syllogismus mentalis unica obiectiva cognitione repræsentaretur, non daretur tunc discursus formalis, neque syllogismus formalis, sed solum virtualis; cum non progrederetur

in tres a b una in alteram cogn.

Tertio animadvertes, quamcunque argutiones mentales ee frales, ac coenter non distingui a syllogismo mentali frali; siquidem in mente non datr arguatio malis, nec enthimema, qd non sit fralitr syllogismus; probatr, nam in quocunque discursu, seu argutione mentali debent cogni duo identitatem cum medio, ut intus indicet illa iungi inter se; sed implicat in argutione duo iungi inter se ex coniunctione cum medio, quin illa sit arguatio fralis: ergo implicat, qd in mente detr discursus, seu arguatio, quae sit malis; qd verum e in quacunque specie argutionis, et precipue in enthimemate; in eo enim subintelligitr minor propositio, licet voce tenus duae tantum propositiones appareant, sic formentr, Petrus quando dico, Petrus e homo; ergo e rationalis; ut intus eficiat hoc coens; ita res apud se apprehendit, videlicet Petrus e homo; sed homo e ralis: ergo Petrus e ralis; aliter enim nihil concluderet intus ex illo anti.

Sed dices, in quibus datr arguatio malis; ergo etiam in intruires ponendo negando conam; qa licet facile sit vocibus exprimere unam premissam et tacere aliam, ut eliciat conclusionem; at de ratione conclusionis mentalis e, qd intus duo identificata cum medio praenoverit; qd nequit fieri absque cogne utriusque premissae.

Si dicas adhuc, haec e bona arguatio fralis, hic homo currit, et ille homo currit, et sic de caeteris: ergo omnis homo currit; et tamen non e syllogismus fralis: ergo in mente potest dari arguatio, quae

non sit syllogismus. Respondeo taceri in vocibus hanc propositionem, sed hic, et ille homo et caeteri sunt omnes homo, quae cognitio sufficit in intellectu, ut illationem inferat.

## Caput 2 expediuntur aliquot dubia de discursu mentali, et eius praemissis.

Primum dubium sit; an discursus sit sola conclusio, vel omnes tres propositiones, quae inveniuntur in syllogismo; seu quod idem est, an syllogismus mentalis formaliter constituatur solum actu conclusionis; vel ipsius, et etiam praemissarum formaliter. Aliqui ex antiquioribus opinati fuere, constitui discursum per solas praemissas: alii vero Recentiores, in solo actu conclusionis consistere: et tertio alii, in actu conclusionis in recto, allatis praemissis in obliquo: res est fere nullius momenti.

Itaque dicendum est, discursum constitui per conclusionem, et simul per praemissas; ita ut omnes tres propositiones sint partes essentiales illius: probatur, quia discursus est progressio a cognitione unius obiecti ad cognitionem alterius: ergo aequaliter includit cognitionem a qua progreditur, non minus quam cognitionem ad quam progreditur, illamque ad quam progreditur, quae est conclusio. Confirmatur 1; quia solus actus conclusionis, seu propositio illa mentalis, prout dicit connexionem praecise ad talia obiecta non est discursus; deinde neque discursus est, prout dicit connexionem ut cumque, sed prout dicit illationem; sed quatenus dicit illationem, involvit cognitionem praemissarum: ergo discursus eandem cognitionem involvit. Confirmatur 2; quia praecise ablatis praemi

missis non intelligitur esse discursus, et similiter premissae ablata conclusione: quoniam tales premissae, quae conclusione constituunt discursum mentalem.

Secundum dubium sit; an requirantur premissae actu existentes ad conclusionem, vel solum sufficiat illarum memoria? Respondetur, non requiri actuales existentias premissarum, sed solam sufficere memoriam illarum: probatur experientia, qua quotidie assentimur alicui conclusioni, quia recordamur saltem confuse extremitates cum medio coniunctas fuisse; et sic nobis sufficiens motivum proponitur, quod deservit ad conclusionem eliciendam.

Unde infertur, posse nos assentiri absolute, et simpliciter conclusioni, quin assentiamur premissis, decepti videlicet falsa memoria assensus premissarum, et deserviente illa memoria pro premissis, quamvis revera non extiterit assensus illarum: si vero neque memoria assensus saltem confusa detur nullo modo dabitur assensus conclusionis, ut optime iudicarunt Conimb. 1o Priorum, q. 5a articulo 1o, et 2o.

Tertium dubium sit; an syllogismus falsus, cuius premissae, et conclusio falsae erunt, quamvis recta sit forma, et cum recta regula formetur, sit proprie syllogismus? Respondetur, utique esse verum syllogismum; quia illi convenit definitio syllogismi, ut pote, in quo quibusdam positis, aliud necessario sequitur propterea, quia posita sunt; sed non impedit ad hoc falsitas syllogismi, quia de hac non curat logica, sed tantum respicit directionem syllogismi per regulas logicae, ut constat ex definitione logicae a nobis expensa: ergo in falso syllogismo datur proprie essentia syllogismi.

Quartum dubium est praecipuum, sit, an requiratur cognitio, quam appellant bonitatis illationis, seu connexionis obiectivae, quae datur inter praemissas, et consequens, ut consequens scientifice deducatur. Pro clarius explicatione notandum est, illationem esse duplicem; alia enim est illatio formalis, et alia obiectiva: illatio obiectiva est connexio, quae datur inter antecedens, et consequens: illatio vero formalis est cognitio, quae tales connexiones respicit: non disputamus modo de cognitione, quae foret reflexa, et cognosceret alias cognitiones, quae est illatio formalis; sed solum inquirimus, an requiratur cognitio illationis obiectivae, sive illius connexionis, quae datur inter praemissas, seu antecedens, et consequens, ut consequens recte inferatur.

Notandum est 2°, connexionem istam inter antecedens, et consequens, quae est illatio obiectiva, formaliter consistere in eo, quod obiectum antecedentis nequeat stare sine consequentis obiecto; caeterum non sufficit, quod praecise detur identitas inter obiectum unius propositionis, et obiectum alterius, ut contingit in his Petrus est homo, Petrus est animal; sed requiritur, quod una sit antecedens respectu alterius; unde illatio obiectiva constituitur per identitates utriusque obiecti.

His praeiactis, cognitionem illationis obiectivae non esse simpliciter necessariam ad assensum conclusionis, tuentur Pater Suarez disputatione 2 de anima, sectione 5a, quem sequuntur Patres Arriaga, Oviedo, Alphonsus, et alii Recentiores: ab his tamen nobis est dissentiendum. Assero itaque cum Doctis Magistris, cognitionem de bonitate illationis inter praemissas, et consequens esse omnino necessariam ad conclusiones: probatur, impossibile est, ut intellectus determinetur ad eliciendas conclusiones ex praemissis, nisi cognoscat, eas inferri ex praemissis; sed in omni discursu

304 assentitr intus ↄclusioni propter premissas: ergo assentitur, q. cognoscit, illam inferri ex premissis; hoc autem est cognitio de bonitate illationis: ergo illa notitio requiritur.

Confirmatur 1º. ad eliciendam ↄclusiones ex premissis requiritur cognitio illa, sine qua intus maneret indiferens; sed sine cognitione bonitatis illationis maneret indeterminatus, et indiferens ad eliciendam ↄclusionem. ergo. probatur minor; q. intus assentitur ↄclusioni propter conexionem obiecti premissarum cum obiecto ↄclusivo: ergo dum non cognoscit eam conexionem, non sufficienter determinatur ad assensum ↄclusionis.

Confirmatur 2º; nam quo clarius ↄstat de bonitate illationis, promptius, et facilius assentimur ↄclusioni; quod patet in quatuor modis perfectis syllogismorum primae figurae, in quibus clare se prodit bonitas illationis; at vero in syllogismis imperfectis, et indirectis, quo obscurior est cognitio bonitatis illationis premissarum ad ↄclusionem obiectivam, eo magis haeremus ad prebendum assensum ↄclusioni. ergo.
Confirmatur 3º; nam saepius ↄtingit, quod positis premissis intus, dubitemus an ↄclusio ex illis inferatur: ergo non determinatur intus, donec videat ↄclusionem ex premissis inferri, seu conecti obiectum illarum cum obiecto ↄclusivo.

Unde scies 1º; cognitionem de bonitate illationis esse actum diversum ab actibus premissarum, et ↄclusionis; de premissis quidem est certum; nam quaelibet solum respicit medium ut unitum cum una extremitate; similiter de ↄclusione ↄstat, quae tantum respicit veritatem illatam: at vero cognitio illationis respicit, ex premissis inferri ↄclusionem; quae quidem est obiecta diversissima.

Confirmatur ex passive actus: Omnis homo est animal, Petrus est homo: Petrus est animal; non constituunt discursum: quia non datur nota illationis, quae signatur per particulam ergo: igitur cognitio correspondens in mente huic voci ergo aliquid obiectum superaddit, praeter coniungere precisive duas extremitates inter se, quae fuerint identitatae cum medio: ergo diversa cognitio est a cognitione praemissarum, et conclusionis: unde colligitur, cognitionem istam praesupponere realiter praemissas, et praecedere assensum conclusionis.

Secundo scies, cognitionem hanc bonitatis illationis debere esse iudicativam, nec sufficere apprehensionem: probatur quia de ratione discursus, quod ex praesuppositis praemissis detrahatur intellectus ad hanc partem, et non maneat indiferens ad aliam; sed si cognitio haec esset apprehensio, maneret intellectus indiferens ad hanc, vel illam partem: ergo talis cognitio debet esse iudicativa; maior est certa, ut ex definitione constat, probatur minor; quia stante solum apprehensione de bonitate illationis, potest dari iudicium, quo dissentiamus antecedenti, et quo iudicemus consequens non connecti cum antecedenti: ergo per apprehensionem non detrahatur intellectus ad assensum conclusionis, sed potius manebit indiferens ad hanc, vel illam partem.

Tertio scies, cognitionem de bonitate illationis debere esse evidentem, non probabilem, ut conclusio evidens eliciatur: probatur quia si intellectus iudicaret conclusionem non inferri ex praemissis, illam non eliceret ex virtute illarum praemissarum: ergo si solum probabiliter iudicat inferri, probabilem conclusionem eliciet: probo consequentiam; ideo non elicit conclusionem, quia iudicat

308

premissas non connecti cum consequenti: ergo si indicet, respiciendo concepti probabiliter, solum probabiliter eliceret conclusio; ergo ut sit conclusio evidens, debet dari cognitio evidens de bonitate illationis. Confirmatur, quia quando probabiliter constat inter veritatem antecedentis cum consequenti, probabile est, posse jungi cum contradictorio consequentis; nam quando unum contradictoriorum est probabile, alterum debet esse probabile: ergo quando solum probabiliter cognoscitur connecti antecedens cum consequenti, consequens nequit esse evidens, sed tantum probabile.

## Caput 8 in quo genere causae concurrant praemissae, et cognitio bonitatis illationis ad conclusionem.

Cum dictum sit, praemissas alias esse formales, et alias obiectivas, de his utrisque quaestio praesens annectitur disputationi, utrum concurrant in genere causae efficientis, vel alio genere causae ad conclusionem eliciendam; aut solum ut conditiones necessario praesedentes actum conclusionis: quod idem rogatur de cognitione bonitatis illationis: non tamen est adeo magni ponderis ipse illarum discussio, ut egeat fusissima tractatione, ut aliqui existimarunt: itaque nos breviter illas discurremus.

In ea dicendum est 1, praemissas obiectivas, vel obiectum cognitionum praesedentium conclusionem formales solum concurrere in genere causae formalis extrinsece moventis, et determinantis ad assensum conclusionis: ita P. Arriaga aliique docti iuniores; probatur 1; quia ideo iunguntur extremitates inter se, actu conclusionis, quia sunt unitae cum medio: ergo identitas extremitatum cum medio est ratio formalis obiectiva movens

intrus ad eliciendas conclutiones. Confirmatr 1; q. illud dicitr motivus formale propter qd aliquid eficimus; sed propter premissas assentimur conclutioni, ut patet ex desfinitione syllogismi: g° premisse obtive st causa motiua extrinseca. Confirmatr 2; q. intrus ante detratio nes premissas est indiferens ad assensum conclutionis: g° eget aliquo determinatiuo, qd illum moveat. Hic nota, ad hoc ut moveant premisse obtive, non requiri, qd existant realitr, vel sint entia realia, sed sufficere, qd existant obtive in cognitione. 307.

Vnde premisse obtive non st causa efficiens conclutionis formalis; probatr, q. sepissime fallimur, et detrahimur ex premissis ad conclutiones, que nullatus existunt, nec minus detrahimur, quam si ille reipsa existerent; sed qd non existit, non concurrit efficientr: g° premisse obtive efficientr non concurrunt. Confirmatr; q. conclutio formalis e actus intrus, et qd spirituale; insuper e actus verus et realis; premisse vero obtive st qd male, et sepe st entia raonis, aut aliqd obtus non existens; sed res mallis, nec ens raonis non possunt producere effective actus spirituales, aut verus, et reales actus: g° premisse obtive nequeunt ee causa efficiens conclutionis formalis.

Hinc etiam st, premissas obtivas non ee causas finales, aut exemplares; q. nec st finis, propter quem fit conclutio; nec ad illarum similitudinem elicitur: item etiam st, non ee causas mateles, aut formales intrinsecas respectiue conclutionis; q. nec recipiuntr premisse in conclutione; neque conclutio recipitr in premissis tanquam in subiecto: g°.

dicendum st 2; premisse

30.3º8 frales in nullo genere causæ concurrunt ad elicienda conclusiones frales; probatur imprimis non esse causam efficientem; quia intus se solo habet sufficientes virtutes ad producendas conclusiones, qui negeant effectivo concursu præmissarum; sicut enim potest intus producere se solo præmissas frales, absque aliis cognitibus, quæ effective concurrant ad productionem illarum; similiter poterit producere conclusiones frales absque concursu effectivo aliarum cognitionum videlicet præmissarum: ergo otiosa esset illa virtus effectiva in præmissis fralibus. Confirmatur; quia unus actus intus non potest efficere, aut producere alium actum, ut de logica actuali etc. illius concursus in alias scientias in tractatu Prooemii diximus.

Rursus non est causa fralis motiva; quia præmissæ obtivæ habent vim adæquatam movendi, et inclinandi intus ad conclusiones: ergo ad illas non movent, et detrahunt præmissæ frales; patet consequentia; quia alioqui non sufficienter, et adæquate moverent præmissæ obtivæ: antecedens probatur; quia ideo intus assentitur huic conclusioni Petrus est animal: quia assentitur est obtis repræsentatis per has præmissas frales omnis homo est animal, Petrus est homo; quæ sunt præmissæ obtivæ, et habent conexionem cum illo conclusioni: ergo.

Confirmatur; nam intus movetur ad assensum conclusionis ob conexionem extremitatum cum medio; sed hæc sola datur in præmissis obtivis, ut constat, non vero in fralibus; ergo non movetur intus ad assensum conclusionis a præmissis fralibus. Ubi advertes, præmissas frales tantum esse motivum frale, ut quo, non tamen ut quod; sicut actio dicitur ratio fralis ut quo, quæ applicat in actu 2º virtutem ignis ad comburendum

non tamen actio est virtus ipsa comburendi, quae est ratio ut quod. Unde etiam patet; praemissas formales non esse causas finales, aut exemplares; nec materiales, aut formales propter dicta de praemissis obiectivis. 

Quapropter nobis defensandum est, praemissas formales tantum esse mere conditiones requisitas necessario ad conclusionem efficiendam; esse applicationes motivi formalis, et veluti causalitates, quibus virtus motiva obiectiva praemissarum reducitur ad actuale exersitium movendi intellectum: probatur 1° per resolutionem; non possunt praemissae obiectivae movere intellectum ad assensum conclusionis, nisi cognoscantur; quia id quod non cognoscitur ab intellectu, illum movere nequit; sed praemissae formales sunt cognitiones per quas cognoscuntur praemissae obiectivae: ergo praemissae formales sunt rationes, seu applicationes formales applicandi in actu 2° obiectum quod habet virtutem movendi intellectum ad actum conclusionis; sicut actio, qua exercetur ignis est ratio formalis applicandi virtutem, et potentiam ignis, ut in actu 2° producat suum effectum.

Probatur 2°; quia licet bonum sit esse motivum voluntatis, possitque ad sui amorem movere; non tamen bonum aliquod voluntatem movet in actu 2°, nisi prius cognoscatur; siquidem amare non possumus, quod non cognovimus: ergo sicut cognitio est ratio formalis proponendi voluntati bonum amandum; ita cognitio erit ratio formalis proponendi intellectui obiectum, a quo movetur ad eliciendam conclusionem: atqui praemissae formales sunt cognitiones proponentes intellectui obiectum, a quo ipse movetur: ergo praemissae formales sunt tantum conditiones necessario requisitae, ut in actu 2° ex-

310. ceatr obtus motivus.

Hinc corollarium fit de iudicio bonitatis illationis; cognitio igitur hec est applicatio, et conditio sine qua non; movetq obtus premissarum ad eliciendam conclusionis; et ratio est; quia intellectus non solum debet ad eliciendam conclusionem a premissis obtinere, sed etiam a cognitione premissarum cum consequenti, ut probatum est; licet enim intellectus premonstraverit antecedens, nisi sciat ulterius, illud conecti cum consequenti, non eliciet consequentiam; ergo cognitio huius conexionis est conditio necessaria, et ratio formalis applicans conexiones, quae determinativum habens eliciendum: qua propter cognitio bonitatis illationis non concurrit in aliquo genere causae ad conclusiones; neque ut motivum ut quod; bene tamen, ut motivum ut quo, id est media quo, applicatur conexio antecedentis cum consequenti.

Argues tamen contra conclusiones; conclusio est cognitio, quae fit ex antecedenti cognitione: ergo cognitio antecedentis, seu premissae formales efficienter debent concurrere ad conclusionem formales, vel saltem debent esse motivum formale ad illas. Confirmatur; premissae formales id prestant respectu conclusionis, quod species impressa respectu premissarum; sed species impressa efficienter concurrit ad premissas formales: ergo etiam efficienter concurrunt ad conclusiones: maior probatur; nam premissae ponuntur loco specierum, et elevant ad conclusiones: ergo debent exercere illud munus, quod species erat factura.

Respondemus; non in rigore debere accipi id, quod communiter dici solet, videlicet quod conclusio fit ex premissis, seu antecedenti cognitione; nam illa verbum dicimus conditiones sine qua non esse causas; sic solemus dice

cere ideo ignis [illegible], q applicatur; cum tamen applicatio [illegible] [illegible] [illegible] respectu [illegible]. Similiter non in rigore dicuntur causa [illegible] premissae formales, quae tantum sunt applicationes motivi formalis se habent respectu [illegible]. 

Ad [illegible] negatur maior; q premissae formales non habent rationem speciei impressae respectu [illegible], nec [illegible] [illegible] ad [illegible] datur propria species, quae ab obiecto ipsius [illegible] producitur, licet premissae formales iubent ad excitandas species illas propter connexionem obiectorum.

Arguitur

2° contra easdem [illegible]: de ratione solius motivi formalis est, ut si varietur motivum, variatur [illegible]; sed variatis premissis formalibus, aut cognitione bonae illationis, variatur [illegible], siquidem si premissae formales sint probabiles, evadit [illegible] probabilis; et licet sint evidentes, si cognitio bonae illationis est probabilis, [illegible] erit probabilis; ergo premissae formales, et cognitio bonae illationis est motivum formale [illegible].

Confirmatur 1° motivum formale ad [illegible] sufficienter applicatur per solas premissas formales; ergo saltem cognitio bonae illationis non est applicatio motivi formalis. Confirmatur 2° si cognitio haec etiam esset applicatio, sequeretur, quod premissae formales non forent duae, sed tres; q cognitio haec esset etiam premissa, siquidem eatenus cognitiones, quae iungunt extremitates cum medio premissae dicuntur, quatenus est applicatio motivi formalis ad [illegible]; sed haec cognitio est applicatio; ergo erit 3a premissa.

Respondeo negando maiorem; q non solum variatur [illegible] propter variationem motivi, sed etiam propter

212. variationes alicuius conditionis sine qua non, quae sit applicatio talis motivi; unde quid mirum, quod variatis praemissis formalibus, aut cognitione bonae illationis, variet etiam conclusio: unde ut conclusio evidens eliciatur, debent esse evidentes praemissae, et debet evidenter cognosci connexio earum cum consequenti; aliter enim solum probabilis evadet conclusio.

Ad 1m confirmationem negatur antecedens; quia motivum ad actum conclusionis non sufficienter applicatur intellectui, nisi iste cognoscat connexionem antecedentis cum consequenti; quae connexio non cognoscitur per praemissas formales; ergo per cognitionem de bonitate illationis.

Ad 2m confirmationem negatur sequela; quia cognitiones repraesentantes obiectum motivum solum sunt duae, scilicet praemissae formales; quae uniunt duas extremitates cum medio; at cognitio bonae illationis praemissa non dicitur, quia est applicatio motivi formalis mediata; siquidem se immediate tantum ad rationes illas formales motivas videlicet ad connexionem antecedentis cum consequenti, sub qua praemissae obiective movent; non tamen tendit ad obiectum motivum praemissarum immediate, sed solum mediate.

# Disputatio 2; an praemissae necessitent intellectum ad assentiendum conclusioni?

## caput 1m veram sententiam eligimus.

Triplex est necessitas alia quoad speciem, alia quoad exercitium, et alia quoad individuum; necessitas quoad speciem, seu specificationem datur, quando potentia taliter se habet, ut non possit actum oppositum elicere; sed si elicit aliquem, est ex hac specie necessario eliciat illum, et non ex alia specie; unde relinquitur indifferens ad abstinendum ab omni actu huius

speciei, vel ad exequendum quemlibet pro libito; ut si Deus negaret concursum ad omnes alios actus praeter actum amoris, tunc equidem maneret voluntas necessitata ad non eliciendum actum odii, neque alium praeter actum amoris: unde haec necessitas potest esse maior, et minor; maior si ad unicam, vel paucas species reducatur voluntas, aut quaelibet alia potentia: minor erit necessitas, quo plures dentur species, quas exercere, et extendere se possit potentia.

Secunda necessitas est quoad individuum; quando necessitatur potentia ad hunc numero actum eliciendum, si aliquem sit elicitura; semper quia ista necessitas relinquit facultatem, ut se possit suspendere potentia ab exersitio, ut si Deus negaret concursum ad omnes actus amoris, praeter unum, ad actum A, voluntas diceretur necessitata quoad individuum, licet habere possit libertatem contradictionis, idest ad exersitium, et non exersitium illius actus amoris A.

Tertia necessitas est quoad exersitium; quando potentia non potest suspendere aliquem actum, in quo se exercet; sic Beatus nequit cessare ab amore summi boni sibi per visionem beatam clare propositi: sic ignis applicatus stuppae nequit non comburere illam: unde haec necessitas relinquit omnem indifferentiam potentiae quoad speciem, et quoad individuum; non tamen quoad contradictionem: quibus positis, sciscitamur, an aliquo ex istis modis necessitetur intellectus ad eliciendum assensum conclusionis, supposito assensu praemissarum. Varie DD. hic suam mentem aperiunt; videatur P. Franciscus Alfonsus disp. 14 de anima sesse ba; quos in ditius nos de hac re referamus, per varias

assertionem, scias et posuimus.

14. Sit 2.a assertio; posito assensu praemissarum sive evidenti, sive probabili, et posita cognitione evidenti, vel probabili de bonitate illationis intellectus necessitatur quoad speciem ad assensum conclusionis, ita ut opposito obiecto assentiri non possit intellectus: ita cum P.Rm sententia cum Sancto Thoma in 3o dist. 23 q. 2 q.la 2a articulo 2: ratio autem sic se habet; nam posita in creatis identitate duarum extremitatum cum medio, non potest non dari identitas duarum illarum extremitatum inter se quod quidem principium est lumine naturae notum: ergo qui advertit se praemissas assensisse identitati duarum extremitatum cum medio, et videt ex hac identitate sequi identitatem illarum extremitatum inter se, nequit negare identitatem earum inter se, licet possit suspendere actum conclusionis; alioquin dissentiret illi, quod videt necessario sequi ex praemissis, quas ipse veras iudicat; atque adeo assentiretur falso ut falso; quod nequit concedi.

Sed porro cavendum est, ut veritas istius assertionis stet, quod supponatur intellectus ante se clentem nullo errore imbutus, et cognoscens vim syllogisticam: 2o quod assentiatur praemissis in sua forma positis, et simul ordinatis, et non sparsim positis; nam si intellectus iudicaret, illa, quae sunt identificata cum uno tertio, non propterea identificari inter se; vel alium errorem similem exhiberet, licet assentiretur praemissis, non esset necessitatus ad conclusionem quoad speciem.

Contra ad 1m assertionem iudico, etiam si cognitio de bonitate illationis sit solum probabilis, et similiter praemissae solum probabiles, adhuc tamen supposito assensu praemissarum necessitatur intellectus quoad speciem ad assensum conclusionis; nam quod cognitio haec

et præmissæ sint solum probabiles, tantum vincit, intellectum potuisse illatum obiectis non assentiri; at ex suppositione, quod semel assensum præstiterit, nequit non iudicare illa obiecta, ut vera: ergo necessario etiam iudicat verum consequens; cum ex antecedente vero nequeat inferri consequens falsum: vero autem ut vero nequit intellectus dissentiri: ergo necessitatur quoad speciem ad assensum conclusionis, licet præmissæ, et cognitio bonæ illationis sint probabiles. 3 v

Secunda assertio: posito assensu præmissarum, et cognitione bonæ illationis, nullo modo necessitatur intellectus quoad individuum ad assensum conclusionis: probatur; quia intellectus præbens assensum præmissis, potest elicere conclusionem directam, omissa indirecta, ut in Celantes, et non in Celarent; aut econtra: ergo non est necessitatus intellectus, admissis præmissis ad hanc conclusionem potius directam, vel indirectam determinate: rursus omissa conclusione immediata, potest intellectus elicere mediatam; et omissa magis mediata, minus mediatam elicere; verbi gratia omnis homo est animal, Petrus est homo: ergo Petrus est sensibilis, aut ens, etc.

Cumque stat, quod non ignoret intellectus bonitatem illationis; sed potius clari illam, perfecte cognoscit ad quamlibet illatam conclusionem; attamen intellectus non applicatur ad exercitium huius nunc conclusionis directæ; sed ad exercitium indirectæ, mediatæ vel immediatæ conclusionis: ergo non est necessitatus intellectus quoad individuum ad assensum conclusionis: ceterum si intellectus cognoscat, cognitionem bonæ illationis solum dari ad unam tantum ex illis conclusionibus, ad illam nunc conclusionem intellectum inclinare, necesse est.

Tertia assertio: posito assensu præmissarum sive evidenti, sive probabili

216. et posita cogne evidenti de bonitate illationis, vel saltem probabili, manet intellectus per se loquendo necessitatus quoad exercitium ad assensum conclusionis; itaut nequeat cessare ab omni assensu conclusionis, sed necessario debeat aliquem exercere, sive directum, sive indirectum, ornatum vel non ornatum. Sed priusquam hanc liqueat ratione haec nostra assertio, animadvertere habet, intellectum aliquando per accidens non necessitari ad assensum conclusionis sive directum, sive indirectum. 1mo quia posito assensu praemissarum, sive evidentium, sive probabilium, et posita cognitione bonitatis illationis probabili, vel evidenti, potest impediri intellectus ab exercitio assensus circa conclusionem; 2do quia potest intellectus detineri in contemplatione praemissarum, quin ulterius progrediatur ad assensum conclusionis: 3o, quia alius obiectus potest esse intentus; 4o si plures praemissae simul se offerant intellectui, quibus assentiatur, et deinde inferat, recte inferri conclusiones, potest intellectus suspendi ab exercitio assensus unius circa aliquas conclusiones; quia propter suas vires limitatas nequit intellectus habere plures assensus simul erga diversa obiecta, sed successive tantum.

Unde absolute loquendo, et per se cum communi sententia necessitari intellectum quoad exercitium, nostra tertia assertio propugnat: probatur; quia potentia necessaria, positis omnibus requisitis, et non impedita, necessitatur ad operandum, itaut non possit non operari; sed intellectus est potentia necessaria, et habet omnia requisita ad conclusiones eliciendas, nec impeditus est: ergo necessitatur quoad exercitium: probatur maior, quia potentia visiva ideo necessario videt, quia apertis oculis siquis tendat in obiectum cum luce recte dispositum, nequit illud non videre: ergo si intellectus est potentia necessaria, nequit non praebere assensum illi obiecto, quod iudicat

verum.

Hoc autem verum est, etiamsi cognitio bonitatis illationis sit solum probabilis; quia ex eo quod cognitio sit probabilis, tantum infertur, illam absolute potuisse non haberi; vel quod intellectus ex propria affectione voluntatis potuisset in alterutram partem inclinare: at ex suppositione, quod semel intellectus vel probabiliter, vel evidenter indicaverit consequens inferri, supposito assensu antecedentis, necessitatur ad exercitium assensus consequentis. 

# Caput 2m

## Obiectis in oppositum solutiones impertit.

Obiicitur 1mo 3a praecipuam nostram assertionem: posito assensu praemissarum, et cognitione de bonitate illationis adhuc non dantur omnia requisita, ut intellectus eliciat necessario solutiones: ergo non necessitatur ad solutiones eliciendas quoad exercitium: antecedens probatur; unum ex requisitis, ut intellectus eliciat solutiones est imperium voluntatis, quo intellectus ad operandum ultimo determinatur: ergo si imperium voluntatis desit, non necessitatus erit intellectus quoad exercitium ad eliciendas solutiones; cum autem liberum sit voluntati imperare vel non imperare, poterit intellectus impediri a voluntate, licet alia requisita persistent. Confirmatur, licet voluntas nequeat impedire potentias alias, ad hunc poterit impedire intellectum; quia hic magis subditur voluntati, quam aliae potentiae: ergo.

Haec obiectio difficultatem tangit, quae in libris de anima enucleabitur; modo autem breviter dicimus: duplici modo potest voluntas impedire actum alicuius

818

cuius potentiae; directe scilicet, vel indirecte. Tunc impedit indirecte, quando ab ipso divertit potentiam, aut illi impedimentum obiicit; sic voluntas indirecte impedit oculos, ne videant albedinem, advertendo illos, ut nigredinem videant; aut illos claudendo; sic etiam intellectus impedit, ne habeat Dei cogitationem, dum ad obiecta terrena illustratur: directe vero impedit, si suo imperio suspendat actum cuiuslibet potentiae; licet non auferatur aliquod requisitum, vel ponatur aliquod impedimentum.

Itaque iudico, voluntatem impedire posse indirecte intellectum ad assensum conclusionis, positis praemissis, et cognitione bonae illationis; et ratio est: quia sicut obices apponit voluntas exterioribus potentiis, ne producant suos actus, ita apponere potest obices intellectui, divertendo illum ad alia obiecta; siquidem potest compellere intellectum, ut praeter cognitionem praemissarum, et bonitatis illationis, habeat cognitionem de alio diverso obiecto; cum qua cognitione de novo adveniente impeditus erit intellectus ne assensum conclusionis eliciat: ergo.

Praeterea iudico, directe non posse voluntatem impedire, ne intellectus eliciat conclusionem: et ratio est, quia voluntas directe impedire nequit actus aliarum potentiarum; sic enim impedire non potest oculos apertos, ne videant; aut aures patentes et expeditas, ne audiant: unde gratis, et sine fundamento dicitur requiri imperium voluntatis, ut intellectus eliciat assensum conclusionis: sicut enim falsum est, quod requiratur imperium voluntatis, ut aperti oculi videant obiectum; ita etiam est dicere requiri voluntatis imperium, ut intellectus eliciat conclusionem, post quam mediis praemissis, et cognitione bonae illatio

tis nis, ut pote requisitis intus iudicavit coens ēē verus. 

Unde ad obiectiones negatr ablute, et pse loquendo ants; et siliti probationis ants; nam superflue oto pas truitr tanquam requisitum imperium voluntatis; indirecte tamen et p accidens potest voluntas facere, ne intus habeat oīa requisita; q̄ a voluptate divertitr ad alia obta 9templanda; vel impediendo cognem de bonitate illationis, si hec sit probabilis: cæterum ex suppositione, qd ponantr oīa requisita naria, nequit intus impediri directe à voluntate p suum imperium; alitr posset intus non prebere assensum obto, qd evidentr verum ēē cognoscit, q̄ precise voluntas renuit.

Ad 9firmaones eadem doctra exhibenda ēēt; nam licet magis intus subiiciatr voluntati, quam aliæ potiæ; adhuc directe, positis oībus requisitis, nec distracto intu ad alid obta, ita ut detr sufficiens virtus ad assensum 9clutionis, nullo pacto potest voluntas imperans retardare, ne intus feratr ad assensum 9clutionis.

Obiicitr 2º; nullum ē bonum creatum, à quo voluntas necessitari possit ad amorem: ꝫ nullum ē verum, à quo intus necessitari possit ad assensum 9clutionis. Confirmatr 1º: q̄ ad assensum divinæ fidei eliciendum requiritr pia affectio voluntatis, etiam suppositis præmissis: ꝫ ad quemcunq assensum 9clutionis requiritr talis affectio, quæ si deficiat, impediet assensum 9clutionis. Confirmatr 2º: q̄ positis præmissis probabilibus, et cogne probabili de bonitate illationis, potest voluntas impedire directe 9clutionem probabilem seu intus

320 in probabilibus subiiciatur voluntatis imperio: et positis omnibus requisitis, non necessitatur intellectus quoad exercitium ad assensum conclusionis.

Respondetur concesso antecedenti, negando consequentiam; ratio disparitatis est; nam voluntas est potentia libera, et positis omnibus requisitis, potest operari, vel non operari; at vero intellectus est potentia naturalis, et positis omnibus requisitis, nequit non operari: rursus, sicut voluntas ex suppositione efficacis amoris circa finem, necessario rapitur ad amorem medii creati; sic intellectus ex suppositione assensus premissarum, et cognitionis de bona illatione, necessitatur ad assensum conclusionis.

Ad 2m confirmationem negatur consequentia; nam non requiritur pia affectio voluntatis ad assensum conclusionis, quae sit fidei divinae, quia suppositis premissis, et cognitione bonae illationis, omnino est determinatus intellectus ad conclusionem illam eliciendam; attamen verum est, aliquam piam affectionem requiri ad assensum obscurum circa revelationem, quae est una ex premissis; at istis suppositis, non est opus altero determinativo.

Ad 2m confirmationem negatur consequentia; licet omnes premissae, et cognitio de bonitate illationis sint probabiles, tantum infertur, potuisse suspendi a voluntate; ex suppositione vero, quod ad instantiam naturae sit assensus conclusionis; unde intellectus subiicitur voluntati in probabilibus nulla facta suppositione premissarum, et iudicii bonae illationis; suppositis tamen istis requisitis, non potest non sequi conclusionis assensus, licet sit probabilis.

Obiicitur 3º: posita apprehensione de identitate extremitatum inter se, non necessitatur

intellectus ad eliciendum iudicium, quo affirmet tales identitates; sed potius potest illas negare: ergo etiam posito assensu praemissarum non necessitatur intellectus quoad exercitium ad assensum conclusionis; sed potius poterit illi dissentiri. Confirmatur; si intellectus necessitaretur quoad exercitium, non daretur habitus scientificus facilitans ad conclusiones eliciendas; quia nulla facilitas potest dari ad id quod necessario fit; sed datur habitus scientificus facilitans ad conclusiones: ergo illa non necessario elicitur ab intellectu, positis omnibus requisitis.

Respondetur concesso antecedente, negando consequentiam et disparitas maxima est; quia ex eo quod intellectus indicet oppositum illius, quod apprehendit, non sequitur illum assentiri falso, ut falso; secus autem, si positis praemissis ut veris, dissentiretur conclusioni; quia falso, ut falso assentiret: quod nequit dici. Ad confirmationem negatur maior, et ad probationem; quia licet admittamus tales habitum scientificum, quod dubium est, et nos in lib. de anima agemus; nihilominus tamen, positis praemissis necessario eliceretur conclusio; quia habitus ille non deserviret ad facilitandum; sed ut intellectus minus defatigaretur ad conclusiones eliciendas, maior quia concursus ab intellectu applicaretur.

## Disputatio 3 an actus conclusionis formaliter attingat obiectum praemissarum?

### caput 1 quod propugnemus, statuit, ac probat.

Satis sub involucris quaestio praesens difficillima versatur. Sed ad mares illius elucidationes praemittamus 1º non

non ēē p̄sentes disputationem an actus 9clutionis attingat obtum p̄missarum realiter tantum, et identice; nam quando obtum coentis ē idem realiter cum obto antis, actum, q. sic attingit unam perfectionem obti attingere q̄dq̄d ē realiter idem cum tali perfectione, ut de directione vagoris iam diximus, necesse ē; solum q̄ quæritur, an actus 9clutionis fr̄aliter repræt illud idem obtum, qd p̄ p̄missas repratr, vel non; seu qd idem ē; an idem sit fr̄aliter dicere, q̄ Pe ē aial; ac dicere, q̄ Pe ē aial, q̄ ē homo, et omnis homo ē aial; an potius econverso actus 9clutionis p̄ inde repræt obtum hoc Pe ē aial, ac si non fuisset obtum p̄missarum prius cognitum, videlicet ē homo, et oīs homo ē aial?

Præmittamus 2o; q. hoc noen 9clutio, vel p̄t signari actum illum, qui dicitur cognio bonæ illationis, seu illatio fr̄alis, quæ tratr ad cognem antis cum coente quasi speculativè; et correspondet huic voci ergo; vel p̄t signari actum seu cognem, quæ dicitur coens, et repratr actu existentes, et quasi practicè extremitates unitas inter se: unde 1a cognio affert diversum obtum saltem partialiter ac 2a cognitio: de hac 2a cogne loquimur; nam de 1a iam dicta sunt satis.

Præmittamus 3o; cognem, quæ ē coens, et denoiatur 9clutio non ēē essentialiter 9clutionem, q̄d q̄d Pr. Arr. et Pr. Ovi. clamitent, q̄ inferius satisfiet; q̄ talis denoatio conclutionis ē prorsus extrinseca illi; siquidem hic actus, qui p̄se, et seorsim 9clutio non ē, Pe ē aial; si indicet intrus p̄ cognem rectæ illaonis illam inferri ex p̄missis istis, oīs homo ē aial, Pe ē homo, iam denoiatur 9clutio; unde in raone 9clutionis fr̄aliter 9stituitur p̄ p̄missas illi p̄sedentes: quapropter duplici dubio, quæstio inest; primum, an 9clutio, ut 9clutio ē attingat obtum p̄missarum: et 2m, an actus ille, qui deno

atr: ɔclutio attingat obtum præmissarum de utroque genere rationes ex-
ponam.

Cognitio, quæ denominatur ɔclutio, respicere formaliter obtum præmis-
sarum, docent P. Arri. disp. 15 logicæ sect. 4, P. Ovi. ɔa nona logicæ
punc. 8: oppositum tuetur P. Hurt. disp. 7a de aia, sect. 1a, P. Ilde-
fonsus disp. 14 de aia sect. 1a, aliique quamplures Antichiores Aucts
quorum hæc sententia nobis verior arridet, quam libenter insector.

Itaque as-
sero 1o; cognitio illa, quæ denominatur ɔclutio, non attingit formaliter obtum
præmissarum. probatur 1o. hoc assertum: ad nullum aliud finem requiritur
obtum præmissarum, nisi ut detrat intellum ad eliciendas ɔclutiones;
sed potest detrare intellum ad eliciendas ɔclutiones, quamvis formaliter
non attingatur tale obtum ab ipsa ɔclutione: ergo non requiritur, quod
actus ɔclutionis attingat formaliter obtum præmissarum. minor probatur;
tunc intellus est detratus ad aliquem actum eliciendum, quando ita sta-
bilitur et instructus, ut non possit elicere actum oppositum; sed posit-
is præmissis, et cognita recte illatione, intellus non potest elicere ac-
tum oppositum; licet non detur actus attingens simul obtum ɔclutionis,
et præmissarum: ergo potest intellus esse detratus ad eliciendas ɔclutio-
nes, licet ɔclutio non attingat formaliter obtum præmissarum.

Confirmatur
1o; iste actus Ego est aial, quando est ɔclutio, tantum respicit iden-
titatem prædicati cum subiecto; nec aliquid amplius petit: ergo ille actus non
respicit formaliter obtum præmissarum: probatur ans; quia si peteret re-
spicere etiam obtum præmissarum, non posset dari, quin tale obtum
respiceret; at quando præmissæ non sunt, obtum illarum non est, et tam-
en persistit ille actus: ergo nihil amplius petit præter respectionem
identitatis subiecti ad prædicatum.

Confirmatur 2o; præmissæ non detrant potius

 ad actum solutionis attingentem obtum praemissarum, quam ad actum partis solutionis: ergo quantum est ex vi praemissarum poterit elici actus solutionis, quin attingat obta praemissarum: antis probatur; quia hae praemissae omnis homo est animal, Petrus est homo solum deterant intellectum, ut sciat Petrum esse animal; ille enim est adaequatus finis praemissarum: ergo con- deterant ad hoc, quod intellectus sciat eam veritatem per actum attingentem obta praemissarum; sed solum per actum, qui solum respiciet obtum partis solutionis.

Probatur 2; nam actus solutionis solum respicit id, quod deducitur ex praemissis obtivis, et est consequens ad illas; sed solum obtum solutionis deducitur ex praemissis obtivis, et est consequens ad illas: ergo: minor probatur, nam praemissae obtivae non deducuntur ex se ipsis ut patet, cum a se ipsis nullatenus distinguantur etiam ratione: ergo solum obtum solutionis est quod deducitur ex praemissis obtivis, ac per consequens hoc solum obtum respicitur a solutione.

Confirmatur 1o; hae duae veritates distinctae, Petrus est homo, Petrus est animal; et tamen una est antecedens, et altera consequens: ergo distincta est veritas consequentis ac veritas antis: ergo eo ipso quod consequens respiciet suum obtum, non attingit formaliter obtum antis.

Confirmatur 2; si actus solutionis attingeret obtum praemissarum, semper medium ingrederetur solutionem contra omnium Dialecticorum principium; ergo: probatur antis; quia positis his praemissis omnis homo est animal, Petrus est homo liceret inferre istam solutionem: ergo Petrus est animal, quia est homo; et totus iste actus secundum totum quod formaliter respicit esset solutio; sed tunc medium ingrederetur solutionem: ergo ne illud principium prorsus destruatur, solum ille actus est solutio secundum illam partem Petrus est animal. Confirmatur 3; sequeretur deinde, ex anti falso numquam

sequi posse coens verum 3ª eo e principium; siquidem coens 3tineret
q̃d q̃d continent premissę falsę; et illud quidem falsum etiam e va-
deret.

Sed respondent aliqui ex RR. Pus: licet 3clutio non re-
pret fraliter obtum premissarum, attamen virtualiter illud 3tinet,
et nario respectat; q̃ sicut premissę nequeunt 3sistere sine coente,
ideoq̃ illud 3tinent virtualiter; sic silr coens nequit stare
sine premissis, et coentr virtualiter 3tinet obtum premissarum.
3ª tamen;

q̃ licet premissę ita se habeant respectu coentis; attamen coens
potest stare sine premissis, et efficasiter probatr ab absurdis;
nam si 3clutio respiraret virtualiter obtum premissarum, et illud
3tineret, semper eque bene valeret a coenti ad ants; sicut
valet ab anti ad coens; ut patet in hac argutione, e homo:
q̃ e aial, non tamen bene valet e aial: q̃ e homo
q̃ non bene valet a coenti ad ants; siquidem potest stare coens,
quin stet ants; coens enim nec virtualiter includit ants; nec
q̃d q̃d ex anti infertr; perlege dicta a nobis dusio 1e quest 1º sec-
tis tertię summ. Rursus; coens e aliquando verum, et ants e
falsum: q̃ si coens 3tineret ants, verum 3tineret in se falsum, infertr
q̃ ex vero falsum, sicut ex falso verum.

Assero 2; conclutio, ut 3clutio
e, prout illata ex premissis fraliter attingit, seu respicit obtum pre-
missarum: in hoc sensu video aliquos ex RR. Pus recl sentam pro-
pugnasse, q̃ nostra mens non refragatr: probatr hoc asser-
tum; 3clutio reduplicative ut talis, non solum dicit actum illum,
quo e coens, sed etiam actus quibus premissę: q̃ 3clutio, ut 3clutio
fraliter respicit obtum premissarum: ants 3stat; q̃ ut 3 notavimus
actus 3clutionis non e essaliter 3clutio, sed illius deb a rio

328 extrinseca provenit a premissis cognitis, bone illatio nisi quod conclusio; ut conclusio est in sio dicit actum conclusionis; sed etiam praemissas, siquidem esse concretum accidentale; sicut paries proxima fundatur, et essaliter dicit albedinem; quia concretum etiam accidentale utrumque constituit essaliter; ut in nostro speciali tractatu de concretis dicemus.

## Caput 2m argutias adversariorum evertit.

Acriter in nos insurgit Pr. Arri. et eius asseclae: insurgit 1o actus conclusionis debet habere aliquid speciale intrinsecum, et rationem sui, quod non haberet, si non esset conclusio; sed speciale hoc nihil est aliud, quam quod attingat, et respiciat obiectum praevalorum: quod actus conclusionis illud attingit: maior probatur, quia actus conclusionis debet essaliter distingui ab actu iuditii; sed si non esset conclusio, esset solum actus iudicii: quod quod sit conclusio aliquid speciale habet, per quod a iuditio distinguatur: quod illud speciale erit attingere obiectum praemissarum. Confirmatur, quia intellectus utitur ad discursum illo principio, quae sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se: quod quando elicit actum conclusionis debet cognoscere extremitates identitas cum medio, et identitas inter se: quod etiam attingit obiectum praemissarum, quando elicit actum conclusionis.

Satisfacies argumento, negando maiorem; nam actus conclusionis ex eo quod conclusio sit, nihil speciale intrinsecum, et essale dicit, sed meram denominationem extrinsecam a praemissis provenientem; licet enim ex earum detractione actus non eliceretur ab intra, idem quoad sua essentialia praeter posset permanere; licet non sub ratione conclusionis, ut conclusio est: ad probationem negando maiorem, quia ille actus ratione sui essaliter non distinguitur a iuditio, licet ut conclusio est, distinguatur. Ad

expresses, omisso antecedenti distinguo consequens quoad 2m partem; debet cognoscere extremitates, identitas cum medio per ipsas con-
clusiones, nego consequentiam: quod actus praecedentes, concedo consequentiam.

Insurgit 2o: si esset accidentale actui conclusionis esse conclusionem, posse esse con-
clusio, et posset non esse conclusio: tunc sic, in multis syllogis-
mis mentalibus nulla esset potior ratio, quare talis actus esset conclusio, et non alius: ergo non est accidentale actui esse con-
clusionem: antecedens probatur in hoc syllogismo, hic homo est Rex; Petrus est hic homo; ergo Petrus est Rex; non enim potest dici, ideo hunc actum pos-
teriorem esse conclusionem; quia infertur ex duobus prioribus actibus; nam etiam 2us actus potest esse conclusio; et tertius potest esse maior praemissa sic Petrus est Rex; Petrus est hic homo; ergo hic homo est Rex: ergo ex illis tribus actibus, qui sint in mente, non poterit intus iudicare, quinam sit maior praemissa, quinam sit conclusio; nisi dicatur, quod actus con-
clusionis essentialiter est sit conclusio attingens praemissarum obiectum.

Confirmatur; nam positis illis tribus actibus in mente, non potius dicetur elici ab intrinseco dictato per alios duos actus; quam illi duo actus dicentur elici ab intrinseco dictato per hunc actum: ergo.

Satisfa-
cies negando antecedens; nam etiam si actus conclusionis non sit intrin-
secè, et essentialiter conclusio, datur tamen sufficiens ratio, quare in quo-
libet syllogismo differat a praemissis talis syllogismi; cum actus conclusionis eliciantur ab intrinseco dictato ex praemissis; praemis-
sae vero non eliciantur ex dictatione aliarum praemissarum; quod dis-
tinctivum, licet sit extrinsecum respectu actus conclusionis, est tamen sufficiens ad illum discernendum: ad probationem antecedentis admitto inconveniens, si tale est; nam verum est, quod actus conclusionis possit in alio syllogismo esse praemissa maior, vel minor, et vice versa

et quo solum infertur, rationem conclusionis de denominationem extrinsecam in actu, qui conclusio dicatur; non tamen infertur quod intendit Arri, non posse intellectum discernere, quis actus sit conclusio; et qui sint premissae.

Unde ad rationem 2am, rationem esse manifestam, quia videtur potius dicendum tertium actum elici ab intellectu detracto ab aliis duobus actibus, et non econtra; nam quando elicitur actus conclusionis, non insequitur intellectum moveri ab obiecto, quod ipsa conclusio intrinsece respiciat; sed ab obiecto premissarum insequitur; siquidem ex hoc obiecto huius conclusionis Petrus est animal, non movetur intellectus ad eliciendum hos actus, omnis homo est animal, Petrus est homo: ergo potius ex obiecto istorum actuum movetur, et detrahitur ad conclusionem Petrus est animal.

Insurgitur; obiectum premissarum est motivum formale respectu actus conclusionis: ergo debet ex parte attingi ab actu conclusionis: probatur consequentia, quia motivum formale est illud propter quod aliquid fit; sed nequit conclusio elici propter obiectum premissarum, quin in ipsa conclusione obiectum illarum attingatur: ergo debet attingi. Confirmatur 1o ab exemplo; actus fidei divinae, quo credimus mysteria revelata, attingit non solum ipsas veritates revelatas, sed etiam veracitatem divinam, quae est motivum formale: ergo similimodo actus conclusionis non solum attingit suum proprium obiectum, sed etiam obiectum premissarum, quod est conclusionis motivum formale.

Confirmatur 2o non repugnat, quod positis premissis, intellectus eliciat actum, quo assentiatur identitati extremitatum inter se, attingendo simul obiectum premissarum: ergo semper debet naturaliter elicere actum conclusionis, quo assentiatur conexioni extremitatum inter se attingendo simul obiectum premissarum: probatur consequentia, quia intellectus est causa naturalis, quae operatur quantum potest positis omnibus requisitis: ergo si potest aliquando conclusionem elicere attingendo obiectum

pręsarus, semper nario, sic illos eliciet, positis pręmissis.

Satisfacies concesso anti negaone cōs; ad cōs probaones, concessa mari, negando mores, stat enim optime, qd obtus pręsarus sit motivus frale respectu conclusionis, quin illud attingatr a conclusione. Ad 2m confirmaones, nego qd actus fidei diuinę attingat immate veracitatem diuinam, quę illorum motivum fralem; sed satis est, si illa veracitas ab aliis actus attingatr, et cuius derivatione eliciatr asensus fidei.

Ad 2m Confirmaones, distinguo ans; non repugnat qd positis pręmissis, intus eliciat actum, quo asentiatr extremitatum identitati intrise, attingendo simul obtus pręsarum; ita ut ille actus sit conclusio secundum totam qd dicit; nego ans: ita ut sit conclusio precisse quatus attingit obtum conclusionis, concedo ans: deinde negatr coa; ad eius probaones concedo ans; scilicet intus esse causam naturalem, quę positis omnibus requisitis, operatr quantum potest; ergo nego coa; nam nunquam potest intus attingere obtum pręsarum per illum actum, qui pręcise est conclusio; sed per conclusiones, et simul per actus, qui sunt pręmissę; non autem necesitatr intus ad iterum producendum pręmissas, quę iam supponuntr productę, et conservatę ab intu: tantum enim necesitatr ad eliciendum actum, qui coniungat extremitates intrise.

## Disputatio 4a qd sit maior, et minor pręmissa in syllo(gis)mo; ubi an 2a et 3a figura concludere possint indirecte?

### caput 1: 1a disputationis pars conclusa manet.

§ 30. si vulgari dicendi modo standum esset, illa propositio, quae prius ori loco profertur, diceretur maior; minor vero illa, quae in 2o loco enuntiatur: unde quidam RRi quartam Galeni figuram amplectentes, iudicarunt, maiorem propositionem tantum differre a minori propositione, quod illa prius tempore profertur, et ista posterius: ideoque inferunt, maiorem extremitatem esse illam, quae continetur in maiori propositione; minorem tamen extremitatem esse, quae in minori propositione reperitur: sed quam frivola sit eorum inditium, ipse patet; nam in mente dantur maior, et minor propositio; et tamen sibi simul, et sine ulla successione temporis: alioquin non daretur in mente artificium syllogisticum; cum hoc formaliter simul includat rationem maioris, et minoris propositionis; nec non maioris, et minoris extremitatis.

Nec minus sententiam Patris Hurtado, asserentis rationem maioris, et minoris desumi ex eo quod propositio universalis dicatur maior, et particularis propositio dicatur minor; at si ambae sint universales, illa quae prius profertur, erit maior, et quae posterius enuntiatur, erit minor: haec 2a pars sententiae praedictae coincidit cum antiqua sententia iam a nobis impugnata; 1a vero pars sic impugnatur; nam modi Disamis et Bocardo habent maiores particulares, et minores universales; ergo falsa est sententia Hurtado; quam prosterno non immorando in detegenda amplius eius falsitate.

Itaque in quaestione, quae multum de nocte involuit, standum est sententiae Aristotelis artis syllogisticae inventoris, cuius auctoritati potius est fidendum: Censeo igitur, in 1a figura illam esse maiorem, in qua extremitas praedicatur de medio, vocarique maiorem extremitatem tum illam, quae praedicatur de medio: similiter illam esse minorem, in qua extremitas subiicitur medio, et tum illam, quae

subiicitr appellari mores extremitates: ita Aris libro Prio c4 his verbis x^a Cs; maius extremum id dicito, in quo medium ipsum e; minus autem id, qd sub medio collocatr: ut si ita interpretantr ad res nostras predicti Pis ee sub medio, idest, ac subiici medio; et qd medium sit in extremo, sive qd extremum de illo predicetr. 8.32

Nec efficatius probari potest hic sentens, quam autoritate imponentis secunda maior, et minor, utitr enim eis Aris; q hoc qd e subiici, e aliqd minus; et dignius videtr hoc, qd e prati: quare non inconcinne extremum maius dicitr, qd pratr de medio; et minus vo extremum, qd illi subiicitr: unde hic syllogismus e in Darii, Oe homo, ois homo e aial: ergo Pe e aial; in quo illa propositio unalis ois homo e aial e maior propositio, licet sit 2a loco prolata; q maior extremitas aial pratr de hoc, qui e medium; et illa propositio particularis, Pe e homo; q ctinet mores extremitates, videlicet Pe, qui medio subiicitr, dicitr minor propositio, licet sit 1a loco prolata.

Quare deinceps censeo x^a doctrinam Aristo (cuius verbis, ne longior sim, supersedere fas erit) in 2a, et 3a figura illas ee maiores propositiones, quas extremitas in sclutione e pratum; et illas ee mores, cuius extremitas in sclutione subtum e; ut patet in hoc syllogismo in Cesare; nullus lapis e equus, omne gimnibile e equus; ergo nullum gimnibile e lapis: ta propositio e maior premissa, non q priori loco apponitr; sed q illius extremitas lapis e pratum in sclutione: altera vo e minor; q extremitas illius ginnibile, e subtum in sclutione, non q 2o loco ascribitr: similitr in hoc syllogismo tertie figure in Darapti, ois homo e aal, ois

332.
ois homo ẽ ralis: ergo aliqd rale ẽ aial. ubi aial ẽ maior extremitas, et pdicatus in cclusione; et ly rale ẽ minor extremitas subiectusque in cclusione.

Unde colliges, in 2a, et 3a figura, non posse discerni, quenam sit maior, et minor premissa, usque dum eliciatur cclusio, in qua videas, quomodo in conclusione extremitates se habent; ut si elicias has premissas in Cesare, nullus homo ẽ leo, omne rugibile ẽ leo, nequit agnosci quatis sit maior, et qualis minor, nisi elicias cclusionem hanc, ergo nullus rugibile ẽ homo; in qua cspicies, ly homo ẽe maiorem extremitatem; et consequenter dici maiorem propositionem, quae illam continet, et ly rugibile ẽe minorem extremitatem contentam in propositione, quae propterea illam dicitur minor: sic similiter in Darapti contingit: et ratio ẽ, quia in 2a figura utraque premissa predicatur de medio; et de illo utraque subiiciatur in 3a figura, inde ẽ, quod nequeat agnosci, qualis maior, qualis minor sit; sicut in 1a agnoscitur, usque dum cclusio eliciatur.

Concessario ẽ ad predictam doctrinam investigare, an detur 4a figura syllogismorum, cuius Autor Galenus fuisse dicitur, quem aliquot Recentiores secuti sunt; aiunt enim, sicut dispositio illa, in qua ambae premissae subiiciuntur, constituit unam figuram, et illa, in qua ambae praedicantur constituit aliam; et illa, in qua maior extremitas praedicatur de medio, et minor subiicitur illi, constituit alteram figuram; sic similiter, si maior extremitas subiiciatur medio, et minor de illo praedicetur, erit 4a figura distincta ab illis tribus.

Ceterum impossibile predictam 4am figuram, ita suadeo; nam illa nullatenus distinguitur à 1a figura; siquidem eo ipso, quod extremitates ita se habeant cum medio, ut una de

de illo prædicetur, et alia illi subiiciatur eodem modo se habet ac 1a figura; sola transmutatione loci, ita ut, quæ primo loco ponitur, in posteriori collocetur; aut si diceres, omnis homo est animal, Petrus est homo; vel sic, Petrus est homo, omnis homo est animal, ergo Petrus est animal. Constat enim ex dictis, rationem maioris, vel minoris propositionis non desumi ex ordine prolationis, vel loci; sed ex eo quod maior extremitas prædicetur, et minor subiiciatur.

Constatque, quod in mente nulla potest dari diversitas inter primam, et 4am figuram; ergo: antecedens probatur; nam differentia utriusque in eo stat, quod praemissa illa, quæ 1o loco in 1a figura ponitur, in 4a ponatur 2o loco; et econverso; sed in mente id nequit inveniri; cum omnes propositiones sint in mente simul; nec una ponitur prius alia: ergo in mente non distinguuntur.

Unde modi, quos assignant nobis ipsis Auctoribus pro quarta figura iidem omnino in verso ordine præmissarum cum modis nobis 1æ figuræ, quos Aristoteles tradidit: illi quidem sunt hi: Barbama, Calleres, Dimari, Ferimo, Bramaliptos: Calemes, Dimatis, Fesapo, Fresiconorum.

Si attente perspicuas eosdem modos reperies, si repetas Barbara, Celarent etc.

## Caput 2; 2a, et 3a figura nequeunt indirecte concludere; ubi alia quæstiuncula solvitur.

Diximus iam sæpe in nostris pendiis logici puncto 8 dubii 2i, illum syllogismum concludere directe, in quo maior extremitas ponitur in conclusione; minor vero extremitas in conclusione subiicitur; illum vero indirecte, in qua maior extremitas

334 subiicitur, et minor praedicatur in conclusione: cuius postremi quinque modi 1ae figurae indirecte concludunt; reliquos tamen omnes tam 1ae, quam 2ae, et 3ae figurae directe concludere, certum est: solum ergo dubitamus; an aliqui saltem ex modis 2ae, et 3ae figurae possint indirectas conclusiones elicere?

Ad quod respondendum est nullatenus posse; quia tunc conclusio indirecta elicitur, quando maior extremitas in conclusione subiicitur, et minor extremitas praedicatur: sed implicat in 2a, et 3a figura id fieri: ergo: probo minorem; implicat aliquas extremitates esse praedicatas in conclusione, et non esse maiores; cum stabiliter designatur in esse maioris extremitatis per hoc praecise, quod praedicetur in conclusione; sed quando praedicatur maior extremitas in conclusione, nequit esse conclusio indirecta: ergo nullus modus 2ae, et 3ae figurae nequit concludere indirecte.

Hinc colligitur, quam inutilis sit, et caprea labor illorum RRm, qui existimarunt se nobis invenisse modos, qui indirecte concluderent in 2a, et 3a figura; nam revera cum modis Aristotelicis, inquam nulla conclusio indirecta in 2a, et 3a figura reperiuntur; ut per singulos discurrenti constabit; nec exemplis sequitur res adeo manifesta, his carminibus nobiter confictis aures adapta:

Dedalle, Magregres, Videor, Sopando, Caueto:
Dajnari, timeo, sed gaudens Assero certo:
Vignabis, Pariti, quae istandes iunge Canopo.

quinque modi primi ad 2am figuram spectant, et videsis sui quatuor Aris modis; nam [illegible] Dedalle ad Cesare, Magnetes ad Camestres, Videgre ad Festino, Sopando ad Baroco; Cabeto ad Camestres, vel Cesare reducitur; licet habeat conclusio

nes par les negativas, quæ ē solutio nata illata ex negativa universali, quæ ē immata solutio in Cesare, vel Camestres.

Rursus sex modi sequentes pro 3a figura etiam ad sex aristotelicos modos reducuntur: nam Dapnari ē Darapti, Fimeo ē Ferison, Assero ē Felapton, Ignabis ē Datisi, Paritile Disamis, Canoso ē Bocardo; et solum interest discriminis, quod propositio maior, et minor varientur, quod non addit, quod solutio varietur, et de directa in indirectam transeat.

Ultimo rogabis, an possit dari syllogismus qui constet pluribus quam tribus terminis? apud Dialecticos tantum sancitum ē, syllogismum tantum tribus terminis constare posse, ad hunc tamen dicendum ē, inveniri posse syllogismum, qui constet quatuor, quinque, et sex terminis; dum talis syllogismus æquivaleat syllogismo ex tribus constanti: iste enim syllogismus quatuor constat, æquivalens syllogismo in darii, omnis homo, ē non animal, Petrus ē homo; ergo Petrus ē animal, nam quatuor terminis homo, non animal, Petrus, animal; siquidem terminus infinitus non animal diversus ē a finito.

Rursus in Darii, si proferas omnis homo ē animal, Petrus ē homo; ergo Petrus ē animal; et postea maiorem convertas per contrapositionem, in qua conversione bene valet a conversa ad convertentem, et econtra; et sic dicas omne non animal ē non homo, Petrus ē homo, ergo Petrus ē animal, habe quinque terminos, non animal, non homo, Petrus, animal, homo.

Ulterius in Darapti omnis homo ē animal, omnis homo ē vivens; ergo aliquod vivens ē animal; si maiorem convertas per contrapositionem, et praterea minoris facias infinitum, sic, omne non

338

aial est non homo, ois homo est non vivens; ergo aliqd vivens est non aial; sex tros propositiones, videlicet non aial, non homo, homo, non vivens, vivens, aial.

# Disputatio 5a de syllogismo demonstrativo eiusque speciebus. Caput 1, definitio, ac divisio demonstrationis.

Si Aristotelis vestigiis insistamus, sic demonstratio definitur, est syllogismus certus, et evidens, id est syllogismus cuius conclusio deducitur ex praemissis certis, et evidentibus, unde, ut aliquis syllogismus sit demonstratio, utramque praemissam, et connexionem rectae illationis obtinere debere esse certas, et evidentes, manifestum est; secus autem si deficiat in altera illarum certitudo, et evidentia: itaque demonstratio est syllogismus adeo clarus, ut videatur, rem digito demonstrare; nam a demonstrando nomen accepit; sic enim hic syllogismus evidentiam rei demonstrat. omne totum est maius sua parte; sed corpus est totum, ergo corpus est maius sua parte.

Genus praedictae definitionis est syllogismus, ratio videlicet generica, per quam convenit cum syllogismo probabili, et sophistico; differentia vero est, certus, et evidens, qua ab omni alio syllogismo secernitur, nam conclusio syllogismi demonstrativi est habitus scientiae, ut ait Aris. syllogismus faciens scire lib. 1o Poste. id est formaliter reddit intellectum scientem, ut ipse ibi se explicuit; conclusiones tamen aliorum syllogismorum non ita se habent.

Duplex demonstratio est, altera propter quid, et altera quia; demonstratio propter quid est in qua fit argumentatio a

à causa ad effectum; quando videlicet medium est causa conclusionis, aut includit in se causam conclusionis; v.g. ubicumque ignis est, calor est; sed in hoc loco ignis est: ergo calor est, ignis enim est causa efficiens caloris, et medium, quod est causa conclusionis: demonstratio quia est, in qua fit arguatio ab effectu ad causam; v.g. omne discurrens actualiter est rationale; Petrus est discurrens actualiter; ergo Petrus est rationalis: in qua conclusione deducitur Petrum esse rationalem ex effectu discursus actualis, qui producitur ab ipso principio rationali: unde demonstratio propter quid vocatur à priori; quia causa saltem natura est prior quam effectus: demonstratio tamen quia, dicitur à posteriori; nam effectus posterior est natura quam causa.

Hic animadvertes, hanc divisionem demonstrationis non esse adequatam; dantur enim demonstrationes, quae neque à causa, neque ab effectu procedant; ut patet in quolibet syllogismo evidenti v.g. omnis homo est animal; Petrus est homo: ergo Petrus est animal; ubi terminus homo qui est medium, neque causa est, neque effectus huius termini animal: caeterum late loquendo ille syllogismus dicitur demonstratio quia, seu à posteriori; quia animal est constitutivum hominis; constitutivum autem est veluti causa rei constitutae.

Hic solet rogari, utrum circulus in demonstratione sit vitiosus? vocatur enim circulus, cum negato antecedente, assumitur consequens, ad probandum illud antecedens, et econtra; ut si proposito hoc enthimemate Petrus est homo; ergo est risibilis, et negato antecedente, illud sic probare velles, Petrus est risibilis; ergo est homo: ad quod respondemus; et sic in dicto locutum fuisse Aristotelem, qui circulum in demonstratione admisisse videtur; tunc circulum non foret in demonstratione vitiosum; quando illud consequens, quod assumitur ad probandum

Q 38 ans aliunde notum sit; demus igitur hanc veritatem obiectivam, Petrus est risibilis, aliunde constare, et non solum ex antecedenti hoc Petrus est homo; sic poterimus efficere demonstrationem, omne risibile homo, Petrus est risibilis: ergo Petrus est homo; in qua elicitur conclusio, quae erat antecedens ad probandum, Petrum esse risibilem.

Caeterum si non constet aliunde de veritate consequentis, et ex alio sit notum, sequitur assumi ad probandum antecedens, et ex quo infertur: alioqui erit circulus vitiosus, et omnino vitandus. Sed hic nota, non semper posse dari circulum in demonstratione, nam aliquando ex veritate conclusionis non infertur veritas praemissarum: ergo quamvis recta fuerit demonstratio a praemissis ad conclusionem, non semper a contrario ordine valebit iterum ad praemissas: ut si probatur in hac argumentatione: ignis est, ergo calor est; non enim recte colliges, calor est: ergo ignis est.

## Caput 2; quales debeant esse praemissae demonstrationes.

Aristoteles hic c. 2 de praecognitis egit, quae dupliciter considerari possunt; primo quidem tria praecognita, ante totam demonstrationem, id est illa quae prius debent cognosci ante demonstrationem, videlicet subiectum, de quo aliquid demonstratur, et praedicatum, quod demonstratur, et medium, per quod demonstratur: 2o praecognita sunt duo in ipsa demonstratione, sed ante conclusionem, et haec sunt praemissae, de quibus in praesenti agimus.

Plures conditiones assignantur ex Aristotele, quas praemissae demonstrationis habere dicuntur; videlicet quod sint evidentes; primae; immediatae; priores notae; necessariae; propriae; et quod constent praedicato de omni, et secundum quod ipsum. Et in primis ad hoc ut praemissae sint evidentes tria necessario concurrunt, veritas, certitudo, et claritas; de veritate formali iam satis superius dictum est tractu

8: certitudo e modus quidam tendendi, quo ita firmiter adhęreret intellectus obiecto, quod iudicat, ut nullam circa illud dubitationem admittere possit; sicque definies certitudinem, e firma adhęsio intellectus ad veritatem: unde dubitare de obiecto, quod iudicatur, e asserere aliquid cum aliqua formidine, sic dicere solemus, hoc ita e nisi forsitan ego fallor.

Claritas e perspicuitas, quędam in modo cognoscendi, quę consistit in eo, quod intellectus aut intuitive cognoscat obiectum suum, aut ipsa terminus apprehensione determinetur ad iudicandum de ipso; itaque premissę demonstrationis evidentes debent esse verę, certę, et claræ.

Aristoteles evidentia enumerari solet; moralis, physica, et Metaphysica; evidentia moralis datur, quando compellitur intellectus ad assensum ex aliquo urgenti motivo, quod in prudentum hominum ęstimatione reputatur infallibile, ac si esset physice, et realiter infallibile, licet ex natura rei, et physice sit fallibile; ut si mille homines religiosi et timorati iure iurando se obligantes assererent, Petrum coram ipsis homicidium commisisse, haberet noster intellectus motivum moraliter evidens, et infallibile ad id credendum; illud tamen physice fallibile esset, quia datur in illis mille hominibus potentia physica ad falso iurandum.

Evidentia physica e, quando attentis principiis naturalibus, non potest oppositum accidere; licet miraculose possit; ut actus, quo Petri motum aspicio, quem oculis video, illum currere; etenim de potentia Dei absoluta contingere potest, ut cursus, quem video, cursus non sit, licet appareat talis. Evidentia metaphysica, quę proprie ad demonstrationis premissas requiritur, datur quando sunt tam manifesta motiva, ut neque naturaliter, nec supernaturaliter possit fieri oppositum; ut actus affirmans, Petrum non posse simul esse

340 productus, et non productus quod evidens est, non posse idem esse simul et non esse.

Secunda, 3, et 4a conditio est, quod premissæ sint primæ, immediatæ, per se notæ; propositio prima est, quæ non supponit alias priores se, ex quibus illa demonstretur; nec indigeat aliis, ut probetur; ut quodlibet est, vel non est; alioquin daretur processus in infinitum in demonstrationibus; supponi debet aliqua prima veritas, ex qua reliquæ inferantur.

Propositio immediata est, inter cuius subiectum, et prædicatum nihil mediat, per quod unum possit demonstrari de alio; ut homo est animal rationale. Dupliciter sumi potest propositio immediata; altera quoad se, quando ipsius extrema immediate uniuntur inter se; et altera quoad nos, quando eius extrema, licet re ipsa non conectantur immediate inter se; adhuc non indigemus aliis propositionibus, ut illi assensum præbeamus; ut si dicas, nix est alba; licet enim albedo, media frigiditate, nivi conveniat, attamen adeo per via nostris oculis, ut nix habere albam, sit nobis magis notum, quam aliæ veritates, quibus probari posset.

Propositio per se nota est, cui assentitur intrus ex ipsa terminorum apprehensione; ut totum est maius sua parte. Propositio per se nota licet dividi solet in propositionem per se notam quoad se, et quoad nos; tamen a nobis non admittitur prædicta divisio; quia esse per se notum est relativum ad aliquem intellectum, qui sine illo possit intelligi esse notum. Ceterum dividitur propositio per se nota in dignitates, quæ sunt universale principium, et communes facultates, ut quodlibet est, vel non est: et in positiones, quæ sunt principium speciale unius facultatis, ut definitio est clarior suo definito.

Quinta conditio est, quod premissæ sint necessariæ, seu in materia necessaria; quia vel essentia, vel passio in per-

fectioribus demonstribus demonstr de subto; et hec pdta, que metaphice debent ee naria, conectuntr cum illo: ast non repugnat, dari demonstnes minus perfectas, in qs sufficiant premisse qualibet rõne vel phice vel moralitr naris (vide disstertias Progmiales c.o circa necessitates morales phicas, et metaphicas) Vg in hoc syllogismo: one curres movetr, Pcurrit: g.o movetr minore propositio in materia Itingenti, et potest ee evidens, et coentr syllogismus, si Ptri cursus a me videatr.

Sexta Iditio e, qd sint premisse propriae, id e non aliene respectu Iclusionis qua conecti debent cum Iclusione. Septima Iditio e, qd Istent pdto de oni, et pdto s.m qd ipsum: pdtum de oni illud e, qd reperitr semper in onibus inferioribus, que sub una rõne coi Itinentr. Pdtum s.m qd ipsum distinguitr a pdto de oni; q.a pdtum s.m qd ipsum Ivertitr cum proprio subto; et pdtum de oni latius patet quam subtum: unde sensibile respectu hois dicitr pdtum de oni; nam extenditr ad plura quam homo; risibile v.o e pdtum s.m qd ipsum; q cum hoe Ivertitr: ceterum he ultime Iditiones n.n st nariae ad omnes demonstnes; nam syllogismus expositorius n Istat premissis unalibus, sed tantum singularibus; et silitr potest fieri demonstratio sine eo, qd premisse Istent pdato s.m qd ipsum, seu Ivertantr intr se illarum pdta.

Ultimo addit Aris Iditiones ad premissas, videlicet, qd illarum pdta sint de pse; id e de ẽsta subti, aut sint passio propria subti: ita q. e ad demonsnes perfectissimas indico, premissas debere ee primas de ẽa subti saltem; et alteram ee passionem subtis ast dantr plures demonstnes, quarum premisse n Istent his pdtis de pse; ut o ne amans cognit, ego amo Deum; igitr cogno Deum.

542 caput 5m an premisse demonstrationis sint certiores, et evidentiores conclusione.

Alia conditio praemissis solet assignari videlicet, quod illae notiores sint conclusione; sed adhuc sub lite est; quapropter discutiemus utrum praemisse sint certiores, et evidentiores ipsa conclusione? ad cuius decissionem aliqua statuenda ducimus: statuendum est 1o; certitudinem triplicem esse moralem, physicam, ac metaphysicam, quod solo explanda est, ac evidentiae divisio est antifacta; unde evidentia solum superaddit a certitudine, quod clara sit; itaque evidentia definitur, est firma, et clara adhaesio intellectus ad veritatem, et quidem certitudo separabilis est a evidentia; et de facto separatur in actibus fidei divinae, qui sunt certi, et obscuri.

Coenti scies, quod sit, actum certum esse evidentem, vel esse obscurum; tam actus certus evidens, quam actus certus obscurus conveniunt in hoc, quod firmiter adhaereant veritati, excludendo omnem formidinem, et rationem dubitandi; ast actus certus obscurus praeter adhaesionem firmam veritati, eget inclinatione, et pia affectione voluntatis ad assensum in communi sententia, quia praecisse posito motivo intellectui relinquitur locus formidini, et rationi dubitandi, in quam formidinem incideret intellectus, nisi pia affectio voluntatis illum inclinaret, ut firmiter adhaereat veritati; ut hic actus Christus Dominus est homo: actus tamen evidens est, quando seclusa pia affectione voluntatis, et solo motivo intrinseco proposito ita se habet intellectus, ut excludat omnem formidinem, ut actus iste, totum est maius sua parte.

Statuendum est 2o certitudinem, et evidentiam esse intrinsecas actibus intellectus; ita P. Vasq. Pr Suar 1a parte tractatu 2o lib. 2o

nam certitudo, et evidentia sunt speciales modi tendendi actuum, qui licet supponant in illis veritatem, non tamen formaliter illam dicunt; siquidem veritas non est de conceptu certitudinis, aut evidentiae; unde stat optime, veritatem non esse adaequate intrinsecam actibus; bene tamen certitudinem et evidentiam esse intrinsecas illis: itaque evidentia est intrinseca actui, quando videlicet motivum objecti rapiens intuitum ad assensum firmum, attingitur per ipsummet actum: actus enim intrinsece obscurus est quando per se ipsum attingit motivum, quod ratione sui expellit formidinem.

Statuendum est 3°: unum actum posse esse certiorem, et evidentiorem alio; potest enim intellectus firmius adhaerere uni objecto, quam alteri ex vi sui motivi et potest cognoscere clarius unum objectum quam aliud aliud aliud aliud aliud aliud aliud quam aliud, firmius enim adhaereo veritati huic Deus est trinus et unus, quam isti Petrus est visibilis, et a viso ipse est, quodlibet est, vel non est, quam de illo est clarior modo de finito: et idem dicendum est de actibus probabilitas; unum scilicet esse probabiliorem alio; id est unum cum minori formidine adhaerere objecto quam alterum.

Statuendum est 4: ~~...~~ procedere quaestiones de certitudine, aut evidentia, vel probabilitate, ut se tenent ex parte cognitionis; non tamen ex parte objecti; nam propria objecta dicuntur evidentes, certa, vel probabiles a propriis habitibus; unde quanta fuerit certitudo, evidentia, vel probabilitas in actibus, seu propriis habitibus, tanta erit in objectis. His statutis, diviserunt DD. in varios opinandi modos, quos si studiosus perlegere voluerit, evolvat P. M. Arriaga disp. 16 logicae sect. 4; vel videat lectus P. M. Oviedo disp. 10 logicae punct. 3° n. 12.

Sit nostra resolutio

344 lutio utraque praemissa simul sumpta nequit habere maiorem certitudinem, aut evidentiam, quam solutio; nec solutio maiorem, quam utraque praemissa simul sumpta habet: probatur 1a pars; nam quando intellectus videt, duo aliqua esse idem realiter, tanta certitudine, et evidentia assentitur uni, quam alteri; sed intellectus scit, idem prorsus esse, quod extremitates identificentur cum medio, et quod identificentur inter se: ergo tam certo, et evidenter assentitur universitati, quam alteri: probatur maior; quia quando videt intellectus aliqua esse idem, irrationalis erit intellectus, si magis firmiter, et clare adhaereat uni, quam alteri; cum animadvertat, non esse duo, sed unum et idem: ergo.

Confirmatur 1o; nam in ista argutione, existit homo; ergo existit animalis: non potest intelligi, quomodo intellectus certior sit, et evidentior de existentia hominis, quam de existentia animalis; eadem enim certitudine, et evidentia qua indicat, hominem esse totum, judicare debet, existere eius partes; cum videat, nihil aliud esse totum, quam suas partes.

Confirmatur 2o; quia aequali certitudine, et evidentia videtur lux, ac obiectum, quod lumine visibile redditur; licet lux se ipsa videatur; et obiectum propter lucem: ergo similiter aequali claritate assentietur intellectus obiecto solutionis, ac obiecto praemissarum, licet solutioni propter praemissas assentiatur; nam ut ipse Doctor ait, praemissis velut lux, propter quam obiectum solutionis clarum apparet.

Probatur 2a resolutionis pars; videlicet, quod solutio nequit habere maiorem certitudinem, et evidentiam, quam utraque praemissa simul: nam nequit unus actus habere maiorem certitudinem, aut evidentiam, quam alius, quando non sunt plura motiva, quae intellectum impellant ad assentiendum eius obiecto; sed nequit intellectus habere plura motiva ad assen-

sum deductionis, quam ad assensum utriusque premissæ simul: ergo nequit deductio esse certior, aut evidentior utraque premissa: minor probatur; quia deductioni, ut deductæ ex premissis, præcisse assentitur intellectus propter premissas, nec ex alio capite moveri potest: ergo solum potest deductio illam certitudinem, et evidentiam habere, quæ solum fuerit in premissis.

Hinc colliges 1º, alteram ex premissis seorsim posse habere maiorem certitudinem, et evidentiam, quam actus deductionis habet: probatur; quia si una premissa sit evidens, et altera probabilis, deductio solum erit probabilis, cum deductio ex communi Dialecticorum principio sequatur debiliorem partem: ergo potest stare, quod altera ex premissis sit certa, et evidens, quin deductio habeat aliquam certitudinem, et evidentiam; aut saltem sit minus certa, et evidens illa premissa: antecedens probatur; quia intellectus ad eliciendam deductionem non movetur ex altera premissa tantum, sed ex utraque simul; quando autem una premissa est probabilis, licet altera sit evidens, coniunctio præsarum non est evidens, sed solum probabilis: ergo in tali casu, non habet intellectus motivum evidens, a quo debeatur ad assentiendum evidenter deductioni: ergo similiter si una ex premissis est magis evidens, aut certa, quam alia, erit magis certa, aut evidens respectu deductionis, siquidem deductio debiliorem præsam sequitur.

Colliges 2º, quando ambæ premissæ sunt æque certæ, aut evidentes, deductio habet equalem certitudinem, aut evidentiam cum qualibet illarum seorsim; in hoc nullam repugnantiam invenio.

## Caput 4m obiectionibus nostra doctrina respondet.

Opponitur 1º; intellectus assentitur deductioni propter præmissas; ergo premissæ certiores, et evidentiores sunt deductione: ecda

348. propositio illo principio Aris, propter quod unumquodque tale, et illud magis; ergo conclusio est certa, et evidens propter premissas: ergo premissae erunt magis certae, et evidentes conclusione. Confirmatur 1º; quando aegrotus amat medicinam propter sanitatem, magis amat sanitatem, quam medicinam; non alia de causa, nisi quia amat medicinam propter sanitatem: ergo certius, et evidentius intellectus assentitur premissis, quam conclusioni; quia assentitur conclusioni propter praemissas. Confirmatur 2º; intellectus incipit a facilioribus, sicut, et natura; sed incipit a premissis ad conclusionem: ergo faciliores sunt et notiores premissae, quam conclusio; et consequenter evidentiores illa.

Respondetur

consequentiam negando eam; ad probationem illius dicendum est 1º, illud principium verum esse, si terminus magis sumatur negative, ut poni aliquando solet, id est non minus; non vero positive: Aris enim solum intendit, premissas non esse minus certas, quam conclusionem; 2º hoc principium in omnibus rebus non inveniri verum, ut patet in aliquot exemplis; Deus amat hominem iustum propter gratiam: non tamen magis amat gratiam, quam iustum: similiter effectus existit propter causam, non tamen causa magis existit, quam effectus:, et ita conclusio est propter premissas formales: non tamen premissae formales sunt magis co-res, quam actus conclusionis.

Ad primam confirmationem respondeo, aegrotum magis amare sanitatem, quam Medicinam; sed non ideo praecise, quia Medicina amatur propter sanitatem, utcumque; aliquando enim amatur homo propter excellentiam currendi, canendi etc., et tamen non amatur magis cursus, aut cantus, quam ipse homo; tunc quia unum magis amatur, quam aliud, quando unum est finis, et alterum est medium ad illud consequendum; ideoque magis amatur sanitas, quam Medicina, ut medium amatur propter sanitatem, tanquam propter finem: secus autem dicendum de premissis respectu conclusionis; et ratio dis

paritatis e, quia finis semper re putatur, ut magis amabilis, quam media; ideoque magis amatur a voluntate, quam media; praemissae vero non se habent ut finis respectu conclusionis; licet propter illas assentiamus conclusioni. Ad 2um confirmationem nego antecedens per se loquendo; quia intellectus non semper incipit a notioribus ad minus nota, nam saepe a notioribus ad aeque notiora progreditur; unde utraque praemissa simul sumpta, non est notior conclusione, sed aeque notior, et evidentior.

Opponitur 2: intellectus assumit praemissas ad probandas conclusiones: ergo praemissae sunt magis notae, quam conclusio: consequentia probatur; quia si non essent magis notae, frustra assumerentur ad probandas conclusiones; probaret enim intellectus ignotum per aeque ignotum, quod absurdum est. Confirmatur 1o; praemissae, et conclusio distinguuntur in specie: ergo sunt inaequalis perfectionis; atque adeo inaequalis certitudinis, et evidentiae: probatur consequentia; quia omnes species sunt inaequalis perfectionis; sed nequit conclusio esse certior praemissis: ergo praemissae erunt certiores illa.

Confirmatur 2o; evidentior est veritas per se nota, quam illa quae cognoscitur per aliam; sed veritas praemissarum est per se nota; et veritas conclusionis nota per aliam: ergo evidentior est veritas praemissarum veritate conclusionis: maior probatur; actus, qui immediate attingit obiectum est magis evidens, ac ille, qui attingit mediate; sed praemissae attingunt immediate obiectum; et conclusio mediate: ergo illae sunt magis evidentes. Confirmatur 3; quia actus intuitivus evidentior est abstractivo; quia ille in se ipso; hic in alio cognoscit obiectum: ergo similiter praemissae sunt evidentiores conclusione.

Respondetur concesso antecedenti, negando consequentiam; ad probationes respondeo, intellectum ad probandas conclusiones quaerere praemissas magis notas; ut videat, an ex illis inferatur conclusio: ubi autem videt, inferri ex illis conclusio, tunc aeque nota fit conclusio

ac ij premissæ illæ, quæ antea erant notiores. Ad 2m instantiones respondeo 1o, negando ans; nam ut constat ex 1o c. disputationis est accidentale actui conclusionis esse conclusionem, atque adeo per hoc non differt ab specie sive essentia à premissis: 2o omitto ans negatione cons; quia nulla apparet repugnantia in eo, quod duæ species sint æqualis perfectionis. Ad 2m nego: atur maior; nam veritas deducta ex præd. premissis notis æque evidens est, ac premissæ sunt: ad probationem nego maiorem; nam maior evidentia non desumitur ex eo quod attingatur immateriabilius, sed ex eo quod actus ex suo modo tendendi habeat maiorem claritatem, quæ potest etiam esse, licet actus non tendat immateriabilius. Ad 3m nego ans propter dicta ad 2m instantiones.

## Disputatio 6 et ultima an scientia, fides, et opinio circa idem obiectum in eodem intellectu possint existere simul? Caput 1m de scientia, fide, et opinione premittitur notitia.

De scientia discursiua actuali, ut in Logica Disp. 2a 1o capite exponitur, sermonem instituimus, sicque definitur, cognitio certa, et evidens deducta ex premissis certis, et evidentibus: unde non sufficit ad actuales scientias discursivas, quod sit cognitio certa; sed etiam requiritur, quod sit evidens: quapropter conclusiones, quas proferunt theologi, quæ sunt una premissa de fide, et altera evidenti; vel duæ bini de fide, licet ratione demonstrationis et conclusiones, licet deducantur premissis omnino certis, quia requiritur ulterius, quod sint ambæ evidentes, ut deductio scientifica sit.

Præterea opinio sumitur pro assensu probabili, sicque definitur

e actus infirmus intrus, quia cum formidine tendit in obiectum: distinguitur opinio ab actu fidei divinae; quia huic nequit subesse falsum; opinioni vero falsum subesse potest; quia utraque pars contradictionis probabilis esse potest, et esse utraque potest esse opinio, licet altera contradictionis pars necessario sit falsa: praeterea distinguitur a scientia; quia haec petit evidentiam; illa vero cum formidine in obiectum tendit. sed quid sit haec formido, iam explico.

Duplex est formido, alia formalis, et alia virtualis; formalis est ut optime Pr. Vasq. 1a 2ae q. qua si iudicamus, rem illi debere praebemus assensum, fortasse non esse, ut enuntiatur, atque adeo nos incertos esse illius. Virtualis est, ipsa debilitas actus adhaerendi obiecto; quia motiva non sunt adeo firma, ut intrus cum certitudine, et claritate pariat iudicare oppositum esse falsum. Unde 1o colliges, non esse de ratione opinionis formidinem formalem, sed sufficere virtualem; nam ut testatur Arist. 7o Ethicorum c. 3o non nulli sunt, qui adeo tenaciter adhaerent suis opinionibus, ut non solum non iudicent, aliter rem posse se habere; verum etiam ut evidentem propugnent: quo cum isti homines non scire, sed opinari censeantur, necesse non est, ut opinio dicat formalem formidinem. Contingere autem potest, quod opinio cum formali formidine coniungatur; nam cum ex vi motivi probabilis non adhaereat intellectus firmiter obiecto, potest elicito actu probabili, formalem dubitationem admittere.

2o colliges, quid sit probabilitas; est enim illa, quae non convincit rem evidenter, sed cum aliqua similitudine veritatis: duplex est probabilitas, absoluta, et secundum quid: probabilitas secundum quid, est quae in aliquo homine, sive docti, sive indocti non perpendentis rationes in oppositum, aliquam similitudinem veritatis ostentat: absoluta, quae propter aliqua fundamenta verisimilis

res indicatur a communi sapientum hominum, vel alicuius doctissimi perpendentis fundamenta in oppositas partes. Unde ista opinio erit probabilior ab extrinseco, si pro se plures Autores habeat: et probabilior erit ab intrinseco, si plura fundamenta, et rationes illam probent: nec ad probabilitatem attendenda est rei veritas, contingit enim falsum pluribus fundamentis fieri verisimile.

Ultimo fides est assensus intellectus elicitus propter auctoritatem dicentis: haec fides duplex est, alia divina, quae ad theologum spectat; alia humana, quae nobis in indaganda perstabit: ob. tunc formale motivum fidei humanae non est sola auctoritas hominis dicentis, sed etiam illius testimonium; nam licet ego sciam, Petrum habere maximam veracitatem in loquendo, non propterea sufficienter determinor ad credendum historiam narratam, nisi comperiam etiam, ipsum Petrum eam affirmasse. Sequitur, quod omnis actus fidei humanae sit discursus formalis, aut virtualis; est enim ratiocinium, quo intellectus assumat pro antecedenti veracitatem loquentis, et testationem illius, et quod inde deducat, verum esse id, quod persona loquens affirmavit.

Sed rogabis, an fides humana distinguatur ab opinione? ad quam dubitationem respondeo: si per actum fidei humanae immediate, et formaliter attingatur dicentis auctoritas, et eius testimonium, ille distinguitur essentialiter ab opinione: et ratio est; nam ille actus est ex ratione auctoritatis ut formalis obiecti; sed actus opinionis non est ex ratione auctoritatis, ut obiecti formalis: ergo ille actus essentialiter distinguitur ab opinione.

Insuper si fides humana, quae actu discursu et premissis elicitur, non distinguitur ab opinione, sed idem numero actus potest esse opinio, si colligatur ex premissis probabilibus; et fides si colligatur ex premissis, quae feruntur circa auctoritatem dicentis: probatur, nam actus ille conclusionis, qui elicitur propter

autoritate, et testimonium alicuius non pendet ex aliis ab istis praemissis; ut a positareum manet, resolutio nempe videlicet specifice loquendo non attingit formaliter obiectum praemissarum: quod ab aliis etiam praemissis idem actus potest deduci: quod sub diversa ratione potest esse idem numero actus fides, et opinio.

## Caput 2um vera sententia propugnanda suscipitur.

Pro difficultatis enodatione dicendum prius statuimus. Dico 1o; non inquaestionem vocari an dari possint in eodem intellectu scientia, fides, et opinio circa diversa obiecta; pro comperto enim habetur posse naturaliter dari; nec minus certum est, posse successive existere in intellectu actus scientiae, fidei, et opinionis circa idem obiectum; sicut et quod possint esse simul circa idem obiectum in diversis intellectibus: solum ergo inquirimus, an in eodem intellectu, et respectu eiusdem obiecti naturaliter possint compati simul actus scientiae, fidei, et opinionis?

Dico 2o; non posse naturaliter existere simul scientiam, et opinionem de eodem obiecto, si opinio afferat formalem formidinem; quia scientia expellit ab intellectu omnem formalem formidinem circa suum obiectum, et in expellendo omnem formidinem consistit firmitas, et certitudo scientiae: insuper nequit intellectus assentiri duabus contradictoriis simul; si autem scientia prorsus maneret cum formali formidine, utique illis assentiretur; siquidem formalis formido est actus indicium, quo intellectus indicat, fortassis rem aliter se habere; sed per scientiam iudicatur, evidenter rem non aliter se habere: ergo simul assentiretur duabus contradictoriis.

Dico 3o, actus scientiae, et erroris, de eodem obiecto in intellectu non possunt simul existere naturaliter (aliter dicendum de habitibus scientiae, et erroris

312 de eodem obiecto, et non e contra; quia vel error negative sumitur pro ignorantia, et hac ratione certum est, non posse simul esse cum scientia; nam ignorantia est privatio scientiae; scientia autem et privatio scientiae simul de eodem obiecto nequeunt compati. Si vero error positive sumatur, est cognitio falsa de obiecto; repugnat autem intellectum falso assentiri illi obiecto, quod evidens esse cognovit: ergo simul nequeunt esse scientia, et error de eodem obiecto. At error cum opinione, aut fide humana non repugnat simul compati in eodem intellectu.

Dices 4, non quaestiones institui de habitibus scientiae, fidei, et opinionis, quos nullam inter se repugnantiam habere, compertum est; ideo de facto naturaliter posse existere simul in intellectu, in dico: et probatur; quia habitus isti inter se non opponuntur: ergo possunt simul esse: antecedens probatur; quia habitus est facilitas, quae generatur ex repetitione actuum: ergo si quis saepe repetat plures actus fidei, opinionis, aut scientiae divisive, et talibus actibus divisive elicitis generabitur triplex habitus simul existens in intellectu.

His praelibatis, 1a sententia absolute negat, eos actus posse simul existere in intellectu circa idem obiectum; ita communiter thomistae cum suo Caietano... posteriorum dubio ultimo: 2a sententia absolute affirmat; ita Sanctus Bonaventura in 3m distinctione 24 articulo 1o quaestione 2a, Pater Vasquez, Pater Molina, Pater Hurtado, Pater Arriaga, Pater Alfonsus, communiter Recentiores: hanc 2am sententiam, et nos probamus.

Sit mea solutio; praedicti actus possunt naturaliter simul existere in eodem intellectu circa idem obiectum: probatur 1o; Tunc possunt simul coexistere actus quando nullam inter se oppositionem habent; sed actus scientiae, fidei, et opinionis non opponuntur inter se: ergo possunt simul existere: probatur minor; quia in actibus inter se nulla datur oppositio, nisi ratione obiecti; sed neque

raone obri, cum sit in illis idem proveniens obiectum, prædicti actus opponuntur: ergo. Confirmatur: quod unus actus sit clarus, et evidens, et alter obscurus, sive certus, sive opinativus, nullam contradictionem refundit in obiectum; siquidem obiectum esse clare cognitum, et obscure cognitum per actus diversos, non est contradictio; sed ita se habent illi actus: ergo.

Probatur 2o; potest intellectus cognoscere eandem veritatem, et ad illam determinari et diversis motivis, quorum alterum sit evidens, alterum certum, et obscurum, et alterum probabile; sed habere tres actus propter tria motiva est habere actus scientiæ, fidei, et opinionis: ergo simul illos intellectus habere potest. maior probatur, quia aliquando intellectus solet eandem veritatem, etiam si ratione evidenti assensui statuat, multis argumentis confirmare, tunc ab auctoritate Doctorum, tunc a ratione probabili, et experientia, ut frequenter scientiarum professoribus accidit: ergo.

Confirmatur 1o; si enim audiamus duo argumenta pro eadem assertione alterum evidens, et alterum probabile, utrumque simul apprehenditur ab intellectu, sed tunc in illo datur scientia, et opinio: ergo. Confirmatur 2o quia singuli homines tam Philosophi, quam rustici tenentur credere fide divina Deum esse; sed Philosophi aliquem Dei existentiam evidenti demonstratione cognoscunt: ergo in illis datur actus fidei simul cum scientia: similiter de Ierichoque qui lumine naturæ Dei existentiam agnoscit, et vult ad fidem converti, dicendum est; ut atestatur D. Paulus ad Hebreos 11, accedentem ad Deum oportet credere, quia est et inquirentibus se remunerator sit.

Hic agitari solet difficultas, Pretermi annuente Doctor de aia no 3o, aliisque Doctoribus nostræ Societatis, an possit dari unus actus, qui simul sit scientiæ fidei, et opinionis? itaque assero,

§ 14 posse dari naturaliter unus unus actus, qui habeat ab intra propter tria motiva adequata scientiæ, fidei, et opinionis: et ratio id suadet, quia voluntas potest velle deambulationes propter multa motiva adequata, ob recreationes videlicet, et sanitates: ergo similiter intellectus potest unico actu assentiri alicui veritati propter plura adequata motiva adequata; ita ut taliter assentiretur obiecto propter hoc motivum scientiæ, videlicet, ut etiam si illud deficeret, adhuc assentiretur illi obiecto propter aliud motivum videlicet fidei; sic unico actu possum assentiri veritati philosophiæ propter demonstrationem evidentem, et propter rationes probabiles, et propter auctoritatem D. Thomæ.

Dices tamen, illum actum non esse scientificum, eo quod conclusio sequitur debiliores partes; ad modum quo si una præmissa est evidens, et altera probabilis, conclusio solum probabilis evadit. Contra tamen, quia ille actus excludit prorsus omnes formidines ex vi motivi evidentis; ergo ille actus non sequitur debiliores partes opinativas, vel certas obscuras: consequentia constat; quia posito motivo evidenti, nullus relinquitur locus formidini: ergo. Rursus, sicut duos actus distinctos ex vi motivi evidentis, et motivi probabilis habet intellectus evidentiam, et probabilitatem de aliqua veritate; sic etiam per unicum actum per diversa motiva habebit evidentiam, et probabilitatem.

Unde cum quodlibet ex illis motivis sit adequatum, nec partiale erit motivum evidens respectu motivi probabilis, vel obscuri; aut econtra, infertur actum non debere sequi debiliores partes: secus autem in conclusione contingit, nam quælibet præmissa est partiale motivum respectu alterius, et quarum simultate constituitur adequatum motivum: ideoque conclusio evadit probabilis, quia coniunctio præmissarum illarum est solum probabilis, non evidens.

Dices præterea

de ratione opinionis est quod relinquat locum formidini; at ille actus non relinquit locum formidinis: ergo non est opinio: item de ratione opinionis est esse incertam; actus autem ille est certus: similiter de ratione fidei esse obscuram; sed actus ille non est obscurus, sed evidens: ergo non est actus fidei.

Respondemus non esse de essentia opinionis in communi, quod relinquat locum formidini; sed quod deveniat ab aliquo motivo relinquente locum formidinis; nec esse de essentia opinionis esse incertam, sed quod dependeat ex motivo incerto: simili modo respondeo, non esse de essentia fidei in communi esse obscuram; sed tantum quod deveniat a motivo obscuro; licet sit de essentia actus pure obscuri esse obscurum, sicut de essentia actus pure opinativi esse incertum: unde pro diversitate motivorum, videlicet evidentis obscuri, et probabilis actus praedictus erit triplex, ut ratus est demonstrativus.

## Caput 3 adversae partis placita eliminans.

Contra praecipuas nostras deductiones opponunt adversarii: claritas, et obscuritas circa idem obiectum repugnant in eodem intellectu: ergo repugnant etiam actus scientiae, et fidei, quorum alter est clarus, alter obscurus est: antecedens probatur: obscuritas est negatio claritatis; sed repugnat in intellectu esse clarum, et non esse clarum; ergo repugnat esse clarum, et obscurum: ergo claritas, et obscuritas in eodem intellectu repugnant. Rursus opinio affert incertitudinem, scientia vero certitudinem; at certitudo, et incertitudo contrario opponuntur inter se circa idem obiectum; sicut certitudo, et incertitudo: ergo opinio et scientia ratione suarum entitatum repugnant existere simul in eodem intellectu.

Confirmatur; nequit

386 obscuri debere esse simul veram et falsam: ergo nec simul clare cognoscasse hunc actum, et obscure etiam. Confirmatur 2o: quia scientia reddit intellectum firmum in aliqua veritate, et opinio reddit intellectum infirmum; sed non potest esse simul firmus, et infirmus, nam impossibile est eandem arborem esse in sita terra firmiter, et infirmiter: ergo impossibile est, intellectum esse eidem obiecto esse firmiter, et infirmiter affixum.

Sit solutio, distinguendo antecedens claritas et obscuritas ratione eiusdem actus repugnant in eodem intellectu, concedo antecedens; ratione diversorum actuum, nego antecedens; ad probationem omissa maiori, distinguitur minor; sed repugnat intellectum esse clarum, et non esse clarum ratione eiusdem actus; concedo minorem: ratione diversorum, nego minorem. itaque actus fidei habet obscuritatem in se, et intellectum ex vi illius elicitur obscure cognoscens, non tamen actus fidei petit, quod intellectus alio actu evidenti non dicatur clare cognoscens: sicut etiam opinio affert in se incertitudinem, non vero petit, quod subtrahendo non dicatur certum ex vi alterius actus: unde intellectus erit clarus ratione actus scientiae; et non clarus ratione actus fidei; ut patet in pariete habente albedinem, et simul calorem; paries dicitur albus per albedinem, et non albus ratione caloris, et dicitur calidus per calorem, et non calidus ratione albedinis.

Ad confirmationem negatur consequentia, admisso antecedenti, et ratio discriminis est, quia esse simul verum et falsum, dicitur ita esse sicut enuntiatur, et non ita esse sicut enuntiatur, quae est contradictio manifesta: at clare cognoscere hunc actum; et obscure cognoscere per aliud, nullam dicit contradictionem. Ad 2am negatur maior quoad 2am partem, quia quamvis enim non reddit firmum per opinionem, non tamen per illam redditur

infirmius; unde nulla implicatio in terminis ēē firmissimos actus scientię; et non ēē firmissimas opiniones.

Opponunt 2º; quod aliqua prędicata habent oppositiones, non possunt existere in eodem subiecto, etiam ratione diversarum entitatum; sed ēē clarum, et non ēē clarum, sunt prędicata opposita: ergo non possunt dari in eodem intellectu claritas et non claritas etiam ratione diversorum actuum. probatur maior; quia ēē summe calidum, et ēē summe frigidum, non potest inveniri in eodem subiecto; quamvis calor, et frigus sint duę entitates realiter diversę. Confirmatur, eadem pars aëris simul ēē non potest illuminativa, et obscura etiam ratione diversarum entitatum: ergo neque intellectus potest ēē simul clarus, et obscurus ratione diversorum actuum.

Sit solutio: concessa maiori, distinguendo minorem; ēē clarum, et non ēē clarum absolute sunt prędicata opposita; concedo minorem; ēē clarum absolute, et non ēē clarum ex vi actus fidei; nego minorem; itaque summus calor, et summum frigus, habent inter se oppositiones contrarias ratione suarum entitatum realiter distantium; at vero quod unus actus sit clarus, et alter obscurus nullas contrarietates habent inter se; neque ullas contradictiones arguunt in intellectu, ut ex natura contradictionis constat.

Ad confirmationem concesso antecedenti, negatur consequentia: itaque lux, et obscuritas materialis in eadem parte aëris est lux, et carentia eiusdem lucis in eodem subiecto; atque adeo inter se pugnant: at vero obscuritas fidei, quę ponitur in intellectu non est carentia illius claritatis, quę est in altero actu scientię; sed est carentia claritatis in actu fidei, et ideo inter se non pugnant.

Opponunt 3º: nequeunt naturaliter prędicti tres actus

318 pati in eodem instanti; nam natura nihil patitur otiosum, et omnino carens fine: antecedens probatur; nam nullus assignatur finis, propter quem habita cognitione evidenti de obiecto, in eodem instanti eliciat intellectus alteram cognitionem probabilem, aut fidei humanae, cum ipse naturaliter, semper operetur meliori modo quo potest, et in hunc finem intendat: ergo. Confirmatur, quia elicito actu evidenti circa aliquod obiectum, non in eodem instanti elicimus naturaliter alium actum evidentem; quia otiosus est, et carens fine: ergo defectu finis non dantur simul in natura scientia, fides, et opinio.

Sit solutio, negando antecedens quoad primam partem; ad probationem nego antecedens; quia quilibet actus intellectus est propria perfectio intellectus; et licet iste habeat cognitionem evidentem de aliquo obiecto, poterit aliis nobis motivis idem obiectum reputare per actum opinativum, aut fidei humanae perficietur, quia ex his nobis illis modis cognoscendi eandem veritatem, hinc enim est sufficiens finis naturalis, propter quem illi actus existere simul possint. Praeterea quando formae praebent diversas denominationes subiecto, non dicuntur otiosae, et fine naturali carentes; stante enim frigiditate in nive, non superfluit albedo, quia diversam denominationem accipit nix ab albedine, ac a frigiditate.

Ad confirmationem, concesso antecedenti, negatur consequentia: quia elicito actu evidenti, alius actus evidens erit otiosus, quia est eiusdem lineae cum primo, ideo quia non perficitur intellectus amplius per illum: at per alios actus diversae lineae nobiliter ac magis perficitur. Praeterea, quod voluntatis libertas exerceatur in hoc, vel illo actu eliciendo, est sufficiens finis, quin requiratur alius naturalis: ergo pro libito poterit intellectus elicere actus scientiae, fidei, et opinionis.

Haec sunt, mei auditores, quae sedula, ac iugi elucubratione in Dialectica nostra disputanda copiose, et utiliter censuimus: quod autem in eis desudaverimus, in vestrum potius utilitatis emolamentum, quam in doctrinae nostrae commendationem elaborandum iri voluimus: quapropter tot iam exantlatos labores, quos ex perdiscendis logicae documentis annuale per sum omne vobis extorsit, in Dei omnipotentis laudem, nec non in honorem Beatae virginis absque labe originali conceptae toto appendite; cum in tutelarium, et indigetum Parentum nostrorum sancti Ignatii de Loiola, et Sancti Francisci Xaverii obsequium omnia digna retulimus. Hispali in pervigilio Apostolorum Petri, et Pauli, die 28, mense Iunio, anno Christiano 1657

Dialecticę apendix in ordine ad tractatus, et omnes ~~sessio-~~ ~~nes~~ disputationes referendos, variaq capita reducenda ad breve compendium, ut magis lebitr, et magna cum velocitate, qui diffi-cultatem aliquam, quę ad tractatus, sessiones, capita vé huius Dialecticę pertineat, penetrare studuerit, statim illam attingat, si huius apendicis numeros evolvat.

Sic sequentr exponitr

